



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens Primordia Christianæ Religionis Per Boiariam Et Loca quædam vicina; Catalogum videlicet & ordinariam successionem Archiepiscoporum Salisburgensium, & Coëpiscoporum, Frisingensium, Ratisponensium, Patauiensium, ac Brixinensium

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Ratisponenses Episcopi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13553

183

RATISPONENSES EPISCOPI



RATISBONA † ciuitas est Imperialis & libera, ad Danubium, in dextra illius ripa posita, eo in loco, vbi fluuius iste duos Nariscorum, magnæ Germaniæ populorum nauigabiles amnes, Nabum & Regenum, in se recipit, Huius vrbs incunabula iam inde ab Augusti Octauij Cæsaris temporibus, ante natum CHRISTVM Saluatorem nostrum, cœperunt: quod testatur prima illa vrbs appellatio, ita vt inter antiquissimas Germaniæ ciuitates merito possit poni; quæ nimirum à Claudio Tiberio Nerone, postea Cæsare, Octauij priuigno condita, in honorem Patris adoptiui Augusti Augusta Tiberij initio sit nominata; Quo tempore & aliæ ciuitates in plerisq; orbis partibus Augustarum appellationem sortitæ sunt.

ET ENIM solenne tunc erat Regibus amicis, & Pop. Roman. sociis, vt singuli in suo quique Regno, quemadmodum Suetonius scribit, Cæsareas & Augustas vrbes, in honorem Augusti viuentis extruerent. Et nunc omiſſis Cæsareis, quæ ad præſens institutum parum facere videntur, Augustarum exempla libet ponere. In Syria Herodes Magnus Samariam à fundamentis excitatam, in honorem Augusti, Sebasten, id est, Augustam nominauit. De Augusta Treuitorum & Augusta Rauracorum nihil dicam. De Druso Nerone, Augusti filio adoptiuo, scribit Florus, cum is Galliam & Rhetiam sortitus, in Germaniam dixisset, & validissimas gentes vel subegisset, vel maximorum fluminum, Rheni & Danubij seclusisset obiectu, quod in tutelam Prouinciæ præſidia disposuerit vbiq; adeo vt per Mosam flumen, per Albim, Visurgim, per Rheni ripam plura quam quinquaginta Castella erexerit: In quibus & Maguntiacum in Gallia, & in Rhetia Augustam, quæ prius Vindelica dicebatur, ex nomine Patris Augusti vocatam, eum instaurasse scribit Otto Frisingensis Episcopus, libro historiae suæ tertio.

CÆTERVM Druso in Germania extincto, frater illius Claudius Tiberius Nero ipsi in Imperio successit; qui cum triennio continuo Germaniam totam armis perlustrasset, gentesque nominibus penè incognitas deuicisset, adeo vt 40. millia Germanorum in Galliam traducta, ad Rheni ripam sedibus assignatis collocaret, Maroboduum Marcomannorum Regem oppugnaturus (vt P. Velleius Paterculus, qui sub illo Magister Equitum in Germania militauit, libro secundo Rom. histor. scriptum reliquit) hyberna ad Danubium, vtilinc commodè in Boiohæmum Marobodui regiam transfiret, præparauit. Cum autem illie stationes crebras Germanis Danubium transituris opponeret, oppidum ibi conditum in Patris honorem, Augustam Tiberij cognominasse creditur. Quæ ciuitas, cum paulò post à multis Germania populis frequentaretur, Ratisbonæ nomen accepit, siue Ratisponi, quod ratibus, quibus homines vehantur, magna illic statio erat (vt Radeuicus Fruxinensis Canonius lib. 2. scripsit) & ratibus flumina veluti pontibus iungentur. Hoc nomen Latinum, cum Germani deinceps vrbe sub Theodone primo potirentur, abolicum est, & Teutonice Reginoburgum, id est, Regenspurg appellata vrbs est, quod nomen adhuc hodie in vsu est. Theodo enim primus Augusta Tiberij nomen mutauit, & Reginoburgum à nomine Reginopirgæ, vxoris sue, vt quidam existimant, appellauit. Alioqui Ratisbonæ & Reginoburgij nomenclatura haud obscure indicat,

Q. 1

oppi-

oppidum illud olim alio, quàm nunc est, loco fuisse positum, & ob crebras oppugnationes & expugnationes, nomen vrbi, vtcunq; situ forte mutato, remansisse. Multas enim hæc vrbs crebrò mutationes sustinuit, dum post fugatos Romanos, Boiorum quondam Regum, deinde Norici Ducatus, & totius Boiariæ Metropolis, autore Radeuico fuerit; nunc autem Romano Imperatori pareat. Plura in hanc rem dici possent, sed cum res ciuitatis huius describere nobis non sumpsimus, satis sit hinc indicasse originem huius vrbis, quæ celebris adeò fuerit semper, vt Boiariâ ad Christi fidem conuersâ, ipsa sit Episcopatu decorata, cui qui Antistites præfuerint, & ordine sibi successerint, iam videbimus.

DE PRIMO RATISPONENSI EPISCO-
PO PAVLINO.



RATISPONA serò ad fidem Christi conuersa est; Primus ex aduenis eò venisse scribitur, PAVLINVS quidam Episcopus: Quid verò illic egerit, quot annis præfuerit, quem Successorem reliquerit, nihil extat. Quidam huius rei fidem faciunt ex historia sancti Seuerini, quæ Ratisponæ inuenitur. Cum verò Seuerini multi, multitudinem Paulini fuerint, nihil discernunt, & rem per se alioqui incertam etiam nominibus confundunt. Ad hæc etiam in temporum & annorum supputatione non conueniunt; Ita vt vix credi possit, Episcopum tam maturè Ratisponam venisse. Nam aliqui scribunt, Paulinum hunc Ratisponæ præfuisse, sub Simplicio vel Sulpitio Pont. Max. circiter Annum Domini 470. Aliqui verò scribunt id factum esse imperante Zenone, Anno 484. quando iam Clodoueus, id est, Ludouicus primus Francorum Rex regnabat: Quo tempore sanctus Seuerinus, Rauennatis Episcopus, ob turbatas res Italicas, in Norico ripensi morabatur, vbique semina Apostolicæ doctrinæ spargens, vbi in oppido Pannonia Austriæ, arce Comogenis, & ciuitate Flauianis, atque aliis aliquot locis sui memoriam edicis miraculis posteritati reliquit. Qui etiam Odoacro & Phelero, Ruginis Regibus, spiritu Prophetico euentura prædixit. Magister Conradus de Monte puellarum, Canonicus Ratisponensis, ad confirmandam Ecclesiæ Ratisponensis vetustatem scripsisse dicitur, quòd Paulinus à sancto Seuerino, Episcopo Rauennate, * qui bellico tumultu in Norico ripensi flagrante, Monasticam vitam agebat, præmonitus primus Ratisponensis Ecclesiæ Præsul sit effectus per Gelasium Pontificem Maximum, sub Zenone Imperatore, Anno 484. Hæc sunt ex vita sancti Seuerini Abbatis, quam descripsit Palchafius Diaconus, ad petitionem Eugippii discipuli, Coætanei sancti Seuerini.

*leg. Asturis,
Comagenis.
Flauianis.
lege Phelero al.
Eulstheo.*

2. c. **S**ANCTVS LVPVS, quidam Romanus, Anno 489. sub Theodone primo, * Bauariæ Duce venit Ratisponam, ibique propter veram fidei annuntiationem & confessionem Martyrio coronatus est, Boiis antiquas suas superstitiones mordicus retinentibus. Huius rei testimonium est, quod in Catalogo Pataviensi Episcoporum legitur: Tempore Zenonis Imperatoris, Archiepiscopus Pataviæ Theodorus, & Ratisponensis Lupus, natione Romanus, ab infidelibus Bauaris cæsi sunt, sub Theodone primo, Duce Bauarorum. Legitur & alibi, Lupum sub Theodone primo fuisse, sed id sub Anastasio Imperatore, Anno 508. qui fuit imperij Anastasij 17. scribit Anent. lib. 3. Annal. fol. 255. cum sequenti; vbi dicit: Lupus, cum vrbs Ratisponen. Sum. Pontifex, quo tempore Theodo illam expugnauit, perieritne, an aufugerit, incertum est, vt sit Synchronus Boetio Consuli. Hic Lupus fuit Episcopus etiam Sclauorum, & Carentanorum Presbyter, vt restantur ipsorum Annales.

RATHARIVS, † Magister ille Conradus de monte Puellarū, qui sub Urbano Quinto, & Gregorio decimo, circiter An. Domini 1373. primus Episcopus Ratisponen. congregavit, sed minus digessit, ait Rathariū ex aduenis Episcopis Ratisponensi Sedi praefuisse, Anno 704. (alii 786.) temporibus Ioannis V. Pontificis Maximi, sed ut alij volunt, Constantini & Tiberij Imperatoris tertij, vbi rursus sibi parum constant, ita ut contraria videatur alienae Bibliothecae fides, nempe Patauinæ scribentis in hunc modum: Anno Domini 540. Patauia Archiepiscopus GEBHARDVS, Ratisbonæ verò RATHARIVS. Idem Ioannes Auentinus folio 266. libro 3. Annalium: nisi quòd annorum numerum omittit, & id tempore sancti RVDPERTI accidisse scribit. Aliud de hoc Episcopo non extat, nisi quòd liber de translatione & miraculis sancti Emmerani narrat, Hugoberum Ducem Bauariæ, sub Rathario Episcopo quodam aduentitio possessiones quasdam curtis Pirehinuvanch Ecclesiae sancti Emmerani tradidisse. Hinc coniectura est, quòd circiter triginta annos ibi praefuerit.

SANCTVS RVDPERTVS, † Illustri Francorum Regum familia natus, Ratisbonam & totam Bauariam, baptizato Theodone tertio, Bauarorum Duce, ad fidem Christi conuertit; vnde Apostoli Bauariæ nomen meruit, primus Saliburgensis Episcopus, de quo ibi fusiùs. Quòd autem quidam eum inter Ratisbonen. Episcopos quarto loco ponunt, hoc apud alios autores non reperiò; tùm id quoque constat, quòd Garibaldus primus fuerit legitimus Episcopus, ante quem erant tantùm aduentitij, &c. vt infra dicitur.

SEMMERANVS † Aquitanus, circiter Annum 642. Pictonum erat Episcopus. Hic audiens Auares populos inferioris Pannoniae Christianismo nondum satis imbutos, Episcopatu suo repudiato, ad illos profectus est. In itinere à Theodone, Thessalonis filio, Bauarorum Duce benigne acceptus est Ratisbonæ, rogatusque etiam, vt quòd nuper sanctus Rudpertus in ea vrbe plantasset, ne exaresceret, ipse salutari aqua & coelestis doctrinae riuus rigare vellet. Exoratus ergò Ratisbonæ & per totam Bauariam mysteria Christi triennio praedicauit, ac de inderationem veluti rerum gestarum redditurus, Romam iter arripuit, sed in itinere comprehensus interficitur hac occasione. Theodoni Principi filia erat, nomine Vra, quam Sigibotho quidam Decurio Equestris compresserat, vterò itaq; intumescente, proditur flagitium. Vra huius rei culpam in D. Emmeranum absentem confert. Landobertus frater puellae, dedecus hoc vlturus, Pontificem apud Helfendorf pagum inter Oenum & Isaram amnes consequitur, eundemque supra scalas duriter colligatum membratim dissecari iussit, seminecemque relinquit. Innocentia Pontificis statim miraculo patefit. Arcus dissecti & disiecti à populis vndique coeuntibus ad Isaram deuehuntur, (quinque millia passuum infra Monachium extat aedicula, huius rei monumentum) ibi nauiculae impositi in Danubium, inde Danubio aduerso 50. millia passuum Reginoburgium deferuntur. Obuiam certatim effunduntur, Dux Theodo, Proceres, Ciues, Sacerdotes & Prophani, corpus excipiunt, & in Templo D. Georgij extra mœnia condunt Anno 652. Princeps, vt insontis Pontificis caedes aliquò piaculo lucretur, aedem perquam amplam aedificat, Diui Benedicti caeremoniis & Monachis dicatam, filiam Vram in Italiam relegat, filium Landobertum profugum facit. Epitaphium eius hanc habet inscriptionem:

EMMERANVS, Pictauiensis Episcopus, praedicando Dei verbum, venit in Bauariam, & ibidem in Helfendorf passus est, Anno 652. & hic tumulatus est: Ita habet vulgata legenda. Sed Ioannes Auentinus libro 3. Annalium, folio 381. ponit sanctum Haymeranum, Pictauiæ Noricorum vrbe, cuius D. Hierony-

ronymus meminit, oriundum, quæ Colonia olim Romanorum insignis, tùm municipium Boiariæ nunc in villas abierit, Pitten nominata, ac in Austria in confinibus Vngariæ sita, quæ olim celebres Comites habuit de Pitten, Schar- ding, & Lambach, de quibus in libro meo stemmatum Bauariæ latius.

2. **SANCTVS ERHARDVS**, † hic aliquoties Ratisbonensium Episcopus nominatur, cùm tamen sedem Episcopalem nunquam ascenderit, sed peregrinationis occasione Ratisbonam venerit hoc modo. Fuit iste Erhardus natione Scotus, Ardakadensis Episcopus, qui cum fratribus suis Hyldolpho & Alberto, aliisque multis, relicto Episcopatu peregrinari voluit, veniensque Romam, cùm ab Adriano vel Leone 3. (nam uterque nominatur à scriptoribus) Pontifice Max. fratres ipsius in Urbem Treuerim prædicandi gratia mitterentur, comitem sese illis addidit: Hyldolpho autem, qui & Archiepiscopus Treuirensis fuit, satis concedente, Erhardus, vbi sese in illius locum sufficiens videret, quia antea propter Christum omnes suas possessiones reliquerat, Ratisbonam confugit Anno 742. & apud Ordinis S. Augustini religiosarum fœminarum Cellulam hospitio exceptus est; ibique post cæcos illuminatos, paralyticos sanatos, atque alia diuinæ virtutis opera ædita, in Domino obdormiuit, sub Pipino Caroli Magni Patre. At Ioannes Auentinus diligens antiquitatis perscrutator, de S. Emmerani Monasterio, primo apud Reginoburgium, literarum bonarum domicilio, sic scribit: Ibi, inquit, tùm literis instituti sunt, D. Arionardus, id est, Erhardus & D. Hyldolphus, frater eius, genere Norici; ille Reginoburgensis, hic Treuirensis Archimyestes postea fuit. Annales Archiepiscoporum Treuirensium, à fratre Petro Krætopolio Minorita nuper editi, Auentini sententiam probant, ambos scilicet ex præclara Boiorum familia ortos. &c. Alij non Noricos, sed ex Ibernica Scotos fuisse asserunt. Plura qui velit, legat ipsorum vitas. At superior numerus Anni 742. non quadrat cum Adriano 1. qui Anno Domini 771. neque cum Leone 3. qui Anno 795. Ecclesiæ Rom. præfæti sunt. Propter antiquitatem temporum ac scriptorum penuriam, illorumque discordantiam vix aliquid certi tradi potest.

7. **h. ALBERTVS**, † Anglicus natione, Castellensis Archiepiscopus, cum collega suo S. Erhardo, sumptis secum vnde uiginti fratribus, relictis post se omnibus, Romam iuit. Inde, cùm S. Erhardus in Germaniam pergeret, S. Albertus cum septem Sociis in terram sanctam ad sepulchrum Domini peregrinatus est; vbi etiam vnum è Sociis suis Gillipatricum amisit: Regressus vero cùm Salisburgum venisset, alium è suis comitibus Ioannem rebus humanis excedentem sepeliuit: Hinc cùm Ratisbonam appulisset ad S. Erhardum visitandum, eumque iam mortuum inuenisset, Deum precatus est, vt Socius S. Erhardi etiam post mortem esse mereretur. Ita que paulò post mortuus inuentus, sepulchro D. Erhardi coniunctus est: Inde patet, qua occasione Ratisbonam peruenit.

3. **i. VELIPHOLÆGVVS** † ponitur in Annalibus Auentini, libro tertio folio 276. quem in sua translatione vocat Wolfiaicum, nempe S. Emmerani fidelem Cooperarium, cui etiam sanctus Vir suam innocentiam post mortem reuelandam concredidit, & quem tanquam successorem suum reliquit, vt legitur in vita S. Emmerani scripta, per quendam Cyrinum, in qua Wolfsetus vocatur, ab Auentino in Velipholægum detortus, sicut idem autor in nomenclatura Annalibus suis præfixa scribit. Surius in 5. Tomo de vitis Sanctorum, in intitulatione vitæ S. Haimerani ponit Cyrinum æquè Episcopum Ratisbonen. fuisse: quod alibi non legi

VETERE BV S ponitur ab eodem Auentino Ratisbonensis Eiscopus, lib. 3. fol. 281. & fol. 283. quistamenille fuerit non constat. Auent. ibi refert verba cuiusdam libelli ab ipsò Visterbo Episcopo Anno 754. scripti, & apud S. Haymeranum seruati &c. & qui huic à Diuo Bonifacio ac Vtilone Boiorum Duce, susceptus sit Geoualda, huic Garibaldus vt sequitur.

SANCTVS WVNIFRIDVS à Gregorio 2. Pontifice Maximo Legatus & Reformator in Germaniam missus Anno 719. ob felicem verbi Dei successum in Hassia, Thuringia, Frisia, ab eodem Pontifice Maximo Anno 723. in Episcopum consecratus est, & Bonifacius nominatus. In Germaniam itaque reuersus Boioariorum visitauit terras sub Hugberto Bauarorum Duce Euangelium Christi vbique magno studio annuncians, Erenuolfum, quendam schismaticum, per Canonicas sanctiones condemnatum excommunicauit, & populum ab eius Sectæ Idololatria ad ouile Christi perduxit. Paulo post à Gregorio 3. creatus est Archiepiscopus Moguntinus. Ab Vtilone autem Hugoberti filio inuitatus, iterum in Bauariam venit Ann. 727. ibi Ecclesias reformauit, fideique Sacramenta instituit, & seductores populi eiecit; quorum aliqui gradum Episcopalem, falso sibi arrogabant, aliqui officio Sacerdotali non legitimeungebantur. Vnde Vir iste sanctus totius penè Bauariæ Ecclesias. Parochias & Episcopatus, in istam formam distribuit, prout hodie adhuc durat; Nempe tres viros literarum scientia & morum sanctitate insignes, Episcopos Boijs declarat, Ioannem Salisburgi, Ariobertum fratrem Diui Corbiniani Fruxini, Geoualdam seu Garibaldum Reginoburgen. Pontificem designat, Visterbo senio tum confecto socium ascecit. Viuilus antea à Rom. Pont. consecratus fuerat, Patauiamque Laureaco exciso transferat. Auent. lib. 3. fol. 291. Atque hæc sunt quæ de primis illis Episcopis aduentitijs, qui sine Cathedra & ordinaria successione præfuerunt, dici possunt.

*DE PRIMIS EPISCOPIS RATISPONENSIBUS QUI
CATHEDRAM ET SVCCESIONEM ORDINA-
RIAM INCHOARVNT.*

SANCTVS GARIBALDVS, alias Gaubaldus primus in hac serie Ratisponen. Episcopus à S. Bonifacio Archiepiscopo Moguntino, iussu Gregorij 3. constitutus, Anno 740. vel 739 secundum alios habuit Sedem Episcopalem, Ecclesiam S. Emerani, sicut plerique Episcopatus primò in Monasterijs ceperunt. Dedit illi hanc Ecclesiam S. Emerani Bonifacius consensu Ducis Boiariæ Vtilonis, quod ea sola tunc Ecclesia potuit Episcopum alere; propter concursum enim populorum ad S. Emmeranum, non nihil ditata erat. Sed & Hugobertus Vtilonis Pater, Templo beatorum Georgij & Emerani tradiderat certas quasdam possessiones sub Rathario Pontifice aduentitio, in fratrum Monachorum sustentationem, inter quas in literis antiquis curtis Pirchinvaug vulgò dicta connumeratur; è quibus quidam putant S. Emerani Monasterium pleno jure ad Episcopalem sedem Ratisponensem aliquando pertinuisse. Cæterum, Garibaldus iste communiter Gaubaldus & Gæbaldus & Gaibaldus nuncupatur: In Salisburgensium autem Episcoporum Catalogo manifestè Gariobaldus legitur. Auentinus quoque Garioaldum nominat, quod nomen Boiaribus Ducibus multis commune fuit. Ille sanctus Vir fuit vigilans sui gregis Pastor, qui creditum sibi ouile magna sollicitudine

dine & fouit & auxit, & Consilio sui Cleri corpus S. Emmerani in monumento laminis aureis & argenteis, margaritis & lapidibus pretiosis ornato, populo spectandum præbuit. Præfuit annis 13, sed secundum Chronica S. Haymerani 22. Obiit Anno 752. sepelitur in Ecclesia S. Emmerani.

6. **S**YMPERTVS, † alias Synobertus, S. Garibaldi successor, eligitur Anno 752. sub Constantino 5. Copronymo Imperatore. Interfuit Synodo Dingelungij habitæ, Anno secundum aliquos 775. Auentinus fol. 302. Iste ex Ecclesia S. Emmerani, quæ tunc paucorum Monachorum erat contubernium, Monasterium amplum fecit Anno 783, idq; iussu & permissu, nonnullis etiam ad hæc sumptibus Caroli Magni, postquam is, eiectione Tassilone Duce, aliquoties sibi rebellis, Boiariam in suam potestatem redegerat. Fuit hic Sympertus homo pacificus, & qui Tassilonem Carolo Magno aliquoties reconciliauerat. Per hunc etiam Sympertum, Carolus Magnus constitutiones, quas Aquisgrani Conuentu habito decreuerat, in Boiariam misit. Præfuit annis 32. secundum Chronica S. Haymerani 24. Sepultus est in Ecclesia S. Emmerani, à se constructa. Durauit eius structura vsq; ad Fridericum primum (quoniam Anno 1166. igne consumpta legitur sub Adalberto Abbate) satis magnifica, ad quam plurimum contulit Pipinus, Caroli Magni Pater.

CONSTANTINVS quidam post Sympertum Ecclesiæ Ratisponensi præfuisse legitur, qui tamen in Catalogo Reginoburgensium Episcoporum non ponitur, fortasse ob breuitatem regiminis, quod tantum vnus anni fuisse scribunt, vt inter Sympertum & Adaluuinum velut inter Rex fuisse videatur, in electione parum concordii. Sepultus est apud S. Emmeranum, vbi etiam nihil de eo, &c.

3. **A**DALWINVS, † Episcopus & Abbas, Præfectus est Cathedræ Episcopali, Anno 790. sub Hyrena cum filio Constantino 6. regnante. Iste Adalvvinus, cum decennium præfuisset, à Regibus Francis, qui Boiariam occuparant, persuasus, Monasterio Cathedrali cessit, sede Episcopali in ciuitatem translata, in Ecclesiam S. Stephani prothomartyris. Quæ autem causa fuerit, cur Adalvvinus Ecclesiam recens & opibus & exstructionibus auctam reliquerit, facile indicari non potest. Certè Ludouicus primus, Caroli Magni filius, siue sua sponte, siue à Monachis subornatus, petiit à Patre, vt hoc Monasterium sibi vendicaret, Pater ipsius petitioni morem gerens, à summo Pontifice exemptionem impetrauit. Cuius rei autor in Catalogo horum Episcoporum duas Epistolas adfert, alteram summi Pontificis Leonis tertij, alteram Caroli Magni Imperatoris, quarum tenor sequitur, sub finem horum Episcoporum signis. A & B. Sed vtue sit, siue hæc, siue alia causa fuerit huius discessionis, tamen firma & rata habita non est, cum non fuerit voluntaria, sed potius Caroli iubentis autoritate coacta. Vnde cum Adalvvinus annis post sedis translationem sedecim Episcopatum gessisset, moriens non in sua Cathedrali, sed in S. Emmerani Ecclesia cum suis Antecessoribus sepeliri voluit, postquam annos 26. præfedisset vtrobique. Sub hoc Adalvvinof Concilium fuit Ratisponæ Anno 792. quod Carolus (qui per totam ætatem Ratisponæ commoratus est, ob bellum cum Hunnis gerendum) conuocari curauit, in quo Felicianæ hæresis damnata est, in quo Concilio & de translatione Sedis Episcopalis actum videtur, & res tantisper protracta, dum deinceps per Leonem Hadriani successorem confirmaretur. Alteri quoq; Concilio interfuit hic Adalvvinus habito Salisburgi, iussu Caroli Magni, circa Annum 806. vel sequente, vbi de soluendis decimis ac diuidendis Ecclesiarum prouentibus tractatum & decisum.

BATHURICVS Adalbino successit Anno 814. Carolo Magno iam rebus
 humanis paulò ante exempto; at secundùm Auent. fol. 379. Anno 816. Iste
 Adalvini factum reuocauit, & Ecclesiam S. Emmerani rursùm poposcit, & in
 ditionem suam redegit. Qua de re Richobaldus Abbas eius Monasterij ad Lu-
 douicum primum, Caroli filium, profectus, impetrauit confirmationem im-
 munitatis Monasterio à parente datæ, Eugenio Papa subscribente, cui legationi
 tam anxie immoratus est, vt etiam in illa moreretur. Extat huius confirma-
 tionis exemplum sub finemistorum Episcoporum signo C. His tamen non ob-
 stantibus, Eugenio mox defuncto, Bathuricus Episcopus, quòd se infcio & mi-
 nimè consentiente gestum erat, ratum habere noluit, & Ecclesiam S. Emmera-
 ni sibi subiecit, eiusque bona pro arbitrio administravit, confirmantè hoc Lu-
 douico, Rege Boiariorum, Ludouici Imperatoris Augusti filio: dedit enim Ba-
 thurico Episcopo, tunc temporis Præsuli & Rectori Monasterij S. Haimeranij,
 summo suo Capellano, Sandolueshusn & Guntereshusen, atque Mandache-
 chingen cum mancipiis; à quo rursùm accepit quasdam res Monasterij, quæ
 sunt in pago Housè, in villa nuncupata Solzimos, quicquid ibi habere videba-
 tur, id est, Ecclesiam cum vniuersis domibus, ædificiis, mancipiis, terris, Syluis,
 &c. Extat diploma apud S. Haimeranum, cuius Datum Anno Christo propi-
 tio 2. Regni Ludouici, gloriosissimi Regis in Orientali Francia, Ind. 7. Actum
 Reganespurch. Extat quoque Ratisponæ aliud diploma, quod sub finem quæ-
 re litera D.

TANIVM verò abest, vt Bathuricho proprietatem Monasterij S. Emmera-
 ni secundùm exemptionem Patris Ludouici Augusti, filius Ludouicus Rex ac-
 ceperit, vt etiam plurima illi addiderit. Siquidem idem ipse Ludouicus Rex
 Boiorum, Anno sequenti, Ecclesia S. Emmerani tradidit, & priuilegiis confir-
 mauit, res proprietatis suæ in Vngaria, & nempe locum, vbi antiquitus fuit ca-
 strum Harlungenburg, situm in Harlungensfeldt. cum reliquis adiacentibus in cir-
 cuitu; quarum possessionum termini sunt ab eo loco, vbi Erlasam Danubium in-
 fluit, rursùm per fluminis ipsius ripam, vsque ad locum, qui dicitur Ertgasteg, &
 ab eodem flumine in Orientali parte, vsque in medium montem, qui apud Wi-
 nados (hoc est Sclauos) Colomezze vocatur, vbi induabus arboribus euiden-
 tia signa monstrantur; Et ab eodem loco in parte Aquilonis, vsque in Danubi-
 um, & ad meridiem & occidentem, per verticem montis, sicut euidentiæ arbor-
 um signa demonstrant, vsque ad supradictum locum Ertgasteg. Has namque
 res cum Sclauis ibidem commorantibus, cum domibus, ædificiis, terris, cultis
 & incultis, pratis, Syluis, aquis, & quæcunque inter predictos limites continen-
 tur, tota & integra Ecclesia nominatè in perpetuum donauit. Iuxta diploma
 ibi, cuius Datum 2. Non. Octobris, Anno 19. Imperij Domini Hludonici Sere-
 nissimi, Aug. & Anno 7. Regni nostri Ind. 11. actum Reginespurch civitate, in no-
 mine Domini nostri feliciter Amen. His omnibus adiecit medietatem vnius
 vici, qui vocatur Tullin, cum omnibus appendicibus ad ipsum vicum pertinen-
 tibus; ea lege, vt mensa Monachorum deseruirent, & nullius conditionis perso-
 na spiritualis vel secularis easdem possessiones in beneficium dare vel accipe-
 re debeat, vt in vetusto & manuscripto Ratisponensium Episcoporum Catalogo
 describitur. His & aliis quamplurimis beneficiis affecit Ludouicus Rex Bo-
 iorum Bathuricum Episcopum. Vnde, cum ipsius Coniunx Hemma, Regina
 Caroli 3. cognomento Crassi mater, Monasterium superius beatæ Virginis Ra-
 tisponæ ab eodem Episcopo peteret, illud accepit, dato in permutationem Mo-
 nasterio suo Mansensensi Anno 831 moxque Regina impetratum Monasterium
 magnificentius ædificatum multis donationibus auxit, ibique sepeliri voluit.
 Quæ omnia Carolus crassus, Hemma Reginae filius, diplomate confirmauit, *
 de

de quo latius, sub illo Monasterio. Præfuit iste Bathuricus annis circiter 30. aut 28. Sepultus est in Templo S. Emmerani. Boiohemis sub Ludouico Boiorum Rege S. Christianam religionem susceperunt, quatuordecim gentis Dynastæ cū popularibus suis baptizati sunt, iussusq; est Bathuricus illos in pietate Christiana erudire. Nam Bohemia, quæ ab occidente & meridie Boios respicit, in rebus diuinis paruit Episcopis Ratisponensibus vsq; ad D. Wolfgangum, cuius consensu deinde proprios habuerunt Episcopos, Anno de quo infra, &c.

5. **ERCHANFRIDVS** Bathurico successit, Anno 842. Et hic Episcopus non constanter obtinuit, adeo vt post hac omnes eius successores, vsq; ad S. Wolfgangum illud ipsum Monasterium possederint, per annos plus quinquaginta supra centum, consentientibus ad hoc Regibus, vt essent simul & Abbates & Episcopi; nec enim Abbatem vllum ferè ab hoc tempore, vsq; ad B. Ramuoldum, quem S. Wolfgangus instituit, Monasterium Emmeranicum habuit. Iste Erchanfridus Wilhelmo, Comiti Austriæ, persuasit, vt S. Emmerano omnem suam proprietatem, quam habuit infra duo flumina, Agastam & Nardinam; à locis videlicet, vbi in Danubium influunt, vsque ad ea loca, vbi de venis in amnes deriuantur, & ita vsq; in Nordvvald, in hanc partem Syluæ, sine termini conclusione, cum domibus, ædificiis, villis, & reliquis ad hæc pertinentibus & ibidem sitis; & insuper quicquid ad Roldorf possederat, in mobilibus siue immobilibus, donaret. Hæc omnia ad integrum S. Emmerano Comes Wilhelmus legauit. Obiit Erchanfridus Anno suæ ordinationis 10. sepultus est apud S. Emmeranum, annos plusquam nonaginta natus. Huic Erchanfrido, possessori Monasterij Mansensis, contentio fuit cum Leupramo Archiepiscopo Salisburgensi, de piscatione & venatione ad Apirinseo, compromisso facto in quandam Heripaldum, qui respondit, quomodo ab antiquis temporibus tam piscando quam venando obseruatum sit, in præsentia plurimorum Testium. Actum in Mannisco, Anno 849. Indiæ. 12. de quo latius in libro traditionum ibi.

6. **EMBRICHVS**, qui dicitur & Embricho & Ambricho, suscepit Episcopatum Anno 852. Ludouico Rege, filio Ludouici Pij apud Boios adhuc regnante, sub Ludouico 2. Lotharij filio Imperatore. Sub id tempus contigit, secundum Sigebertum Chemlacen. Chronographum sub Anno 875. manes Ludouici Imperatoris errare; Vnde Ludouico Regi Boiorum parens, olim Ludouicus Augustus in somnis apparens, cum obtestatus est, vt se per nomen S. Trinitatis eriperet è tormentis, quibus detineretur. Ludouicus igitur in parentem pius, ad diuersa Monasteria datis Eleemosinis Patri fideliter succurrebat, in his & Monasterio S. Emmerani plurima addidisse credibile est, qua occasione Monachi ab illo confirmatione exemptionis, Monasterio à Parente olim factæ impetrarunt, confirmato censu septem aureorum Nicolao Pontifici maximo persoluedo singulis annis. Sed ista confirmatio Ludouico è medio sublato in nihilum recidit, cum illius filius, Carolus cognomento Crassus, Episcopo Embrichoni continuo Monasterium restitueret. Fuit adiutor Ludouico in bello contra Suatebogum nepotem Radizolai, Morauum & venedos, Embricus cū parte copiarum iuxta Danubium ad tutandas naues relictus, cum incautiùs excubarent ab hoste clam oppressus, vix fuga elapsus est, cæsis sex millib. Boiorum, Auentinus libro quarto folio 437. Scribitur fuisse Vir patiens, humilis & sobrius, & Arnulfo Cæsari fidus, ac obiisse Anno 891. Quo Anno ipsa ciuitas Ratisbonensis subito incendio conflagrauit, cum omnibus ædificiis & Ecclesiis, exceptis Templo S. Emmerani, & Ecclesia S. Cassiani, in media Vrbe constituta, quæ diuinitus seruata sunt. Commutatio inter hunc Ambriconem & Otkarium, † Episcopum Aichsterten.

ten. Tradidit hic cum Aduocato suo Winepoto talem proprietatem, quam à Rege consecutus est, ad Zullingen & ad Mammingen & ad Vsterlingen cum mancipiis 20. Econtra Ambricho Episcopus dedit cum Aduocato suo Ratholdo talem hæreditatem, quam quidam Nobilis ad S. Petrum pro remedio anime suæ tradiderat ad Perga & Ogivvila & 20. mancipia. Actum in Regina ciuitate, Anno Domini 863.

ASPERTVS, † qui & Isbertus dicitur, è Monacho S. Emmerani Episcopus factus est, Anno 886. Carolo Crasso adhuc imperante, sedit in Episcopatu annis 4. Sepultus est in Monasterio S. Emmerani. Hic numerus non conuenit cum morte Embrii. Chronica S. Haimerani hunc Anspertū quoq; ponit in numero 7. Episcopum sedisse annos 4. Præfectum sedi, regnante Arnolpho Imp. & Stephano Papa, qui fuit huius nominis 5. vterq; Anno Domini 887. Alter ad pontificatum, alter ad Regnum vocatus; prædicta autem Chronica Annum Domini non habet, & Iohan. Auent. lib. 4. Annalium fol. 466. ita ponit: Ambricus Urbis, scilicet Ratisbonensis Episcopus tū defungitur. Tuto in Album pontificum Reginoburgen. ab Arnulpho ascribitur, Anno salutis 891. nulla Ansperti facta mentione.

TVTO, Vir sanctus, Monachus Emmeranus, Anno 891. fit Episcopus. Hic Arnulpho Regi Boiariæ fuit à Secretis: Quem cū in Galliam secutus esset, Dionysium illum Gallorum tutelarem cœlitem furto surreptum, & Euangeliorum Codicem auratum ac gemmatum, iussu Caroli Calui Francorum occidentaliū Regis, aureis literis scriptum, ab eodem Arnulfo acceptum, Ratisbonam in Monasterium S. Emmerani intulit. Quem Codicem cū Imperator Conradus I. auferri iterum iussisset, & Tuto, qui adhuc in Cathedra sedebat, seruo illic misso, omnes diras propterea imprecatus fuisset, seruus illicò correptus dyfenteria, relicto Codice, animam efflauit.

ANNO 920. cū Henricus primus Imperator, vnà cum Arnulpho Boiorum Duce, Bohemiam cum exercitu penetrasset, & Spitigneum Ducem ad obsequium & fidem Christi coegisset, Tuto Episcopus Pragæ, secundum Auent. fol. 486. Templum D. Vito dicauit, rogante D. Venceslao, Spitignei filio.

Hic Tuto quasdam possessiones in Austria ad flumen Erlasa acquisiuit à VVichindo Episcopo Parauienti, pro quibus illi dedit Monasterium Mansce, temporibus vitæ suæ vtendum, consentiente Rege Arnulpho, vt est in libro traditionum folio 88.

LITIGAVIT cum Richario Abbate Metaniense super Parochia Laichling. Actum in Straubinga, curte Regia, Anno Domini 902. Regni verò pueri Ludouici secundo; Tutonis autem Episcopi 8. qui numerus cum superiori 891. non concordat.

SUB hoc Episcopo Monachi S. Emmerani, ab Imperatore Arnulpho rursus exemptionem Monasterij impetrauerunt, confirmante id ipsum Formoso Pont. Max. Extat diploma in fine litera E.

IMPERATOR præterea Pomeria Ratisbonensis Urbis dilatauit & Monasterium S. Emmerani, intra muros Urbis inclusum multis donariis exornauit, iuxta Otthonem Frisingensem. Cæterum hæc confirmatio iterum fuit irrita, quia sine consensu Tutonis Episcopi facta erat, Tutone nihilominus Monasterium asseruante, qui post annos 36. suæ ordinationis vita functus, illic quoque sepultus est. Extat hodie ipsius sepulchrum in Templi angulo, post tumulum D. VVolfgangi, sed & acta Formosi per Successores eius rescissa sunt. Hic Tuto interfuit Concilio Triburiensi, & cum aliis subscripsit. Sub hoc Episcopo fundatum † dicitur Monasterium inferius Ratisbonæ, ad promotionem Iuthæ, auiq;

S. Hen-

S. Henrici; donatum postea ab Othone secundo, ad preces Adelheidis matris suae: quam rem deinde diplomate confirmavit Henricus Sanctus &c. de quo subillō Monasterio.

ISINGRINVS Turoni successit Anno 926. Henrico primo imperante. Qui auxilio Ducis Arnoldi ad Episcopatum euectus videtur. Arnoldus enim Boiariae Rex, cum Henrico aucupi Imperium affectans rebellaret, & Henricus illum Ratisbonae obsedisset; Arnoldus hac conditione Regi tandem subscripsit, ac Regium nomen abdicauit; si sibi hoc, quod Antecessores sui non habuerunt, concederetur, ut totius Boiariae Pontifices suae potestati subiacerent, vnoq; defuncto sibi liceret alterum substituere, qua concessione illum & successores eius honorauit. Hic fuit iste Arnoldus, quem significauit gladius sine capulo D. Huldérico ostensus; dū enim legitime intrare in Regnum non potuit, illud per vim occupare voluit, atq; ita redditus Ecclesiarum suis militibus (Teste Urspergen. Abbate) beneficij loco concessit. Praefuit Isingrinus annis vndecim, sepultus est in Templo. S. Emmerani. Sub hoc Isingrino Arnulphus Boiariae Dux in Dingelsing (est oppidum inferioris Boiariae in ripa Isarae situm) Conuentum Boiorum conuocat, interfuere quinq; Boiariae Episcopi, Hildebertus Iuuauenensis, Isingrinus Reginoburgensis, Gerardus Parauienensis, Wolframus Frisingen. Nichardus Sabonenensis & Sarcholochus & Godbertus, Sacerdotes, Nuncij Vdalfridi Aichstadiensis tum aegroti. In hoc Concilio Arnulphus praediorum Ecclesiasticorum, quae Vgri depopulati fuerant, vsum fructum Sacerdotibus & Monachis restituit, Tempia & sacras aedes refici curauit, Episcopos, Sacerdotes, Monachos arctioris disciplinae iugo constrinxit.

Vid. in Adversar. Hist. Boica.

10. CONRADVS, qui dicitur Isingrino successisse, & tantum sex Mensibus praefuisse, post obitum apud S. Emmeranum conditus est, & ob breuitatem temporis, quo praesedit, a quibusdam in numerum Episcoporum non relatus.

11. Y GUNTHARIVS, † Monachus S. Emmerani, fit Episcopus, Anno 938. idq; per Otthonem, eius nominis primum Imperatorem. Etenim cum Imperator Ottho forte Ratisbonae ageret, & sedes Episcopalis vacaret; Imperator autem per somnium moneretur, ut illum Episcopum crearet (nam Arnulphus iam obierat, & eius filij ob rebellionem Ducatu iam exciderant) qui postero die in Monasterio sibi occurreret primus, Imperator prima luce cum paucorum comitatu ad Monasterium S. Emmerani, Monachis eius rei ignaris accessit; ibi cum pulsanti venerabilis frater Guntharius apperuisset ostium, Imperator eum intuens ac interrogans, quid ille pro Episcopatu adipiscendo dare vellet, frater subridens, calceos inquit meos, &c. Tunc Imper. patefacto reliquis fratribus oraculo, consilio Cleri & populi cum Episcopum elegit. Praefuit tantum triginta hebdomadibus, sepultus apud S. Emmeranum. Haec ex historia Francorum refert Leopoldus Bebenburgius de Zelo Principum, cap, 14.

12. MICHAEL, in Guntharij locum electus est, Anno 938. Otthone magno imperante. Hic multis casibus aduersis vexatus est. Nam sub illo Ratisbona fuit obsessa, & post longam famem ab Henrico, capta & proxima nocte penetrota combusta 18. Calend. Augusti, Anno 954. Exemptionis item molestia vexatus fuit, Otthone primo Augusto non solum sibi Monasterium vendicante, sed censum quotannis Romam mittendum imponeate; extat diploma sub finem litera F. Ex praedictis igitur constat, Ecclesiam S. Emmerani a quinque Romanis Pontificibus, Leone, Nicolao, Eugenio, Formoso & Ioanne 12. & a totidem Christianissimis Imperatoribus, Carolo, eius filio Ludouico, pio Ludouico Rege, Arnulpho & Otthone magno, praesentibus 117. Episcopis exemptam & perpetuo iure S. Petri seruitio mancipatam esse. Ex tot Episcopis duntaxat Adal-

Adalvvinus & Michael, in exemptionem consenserunt, quanquam non satis constet, an id vltro fecerint an verò coacti. Quàm chara Michaeli Episcopo ista Ecclesia fuerit, vel illud argumento est, quod ad defendendas res S. Emmerani cum Berchtoldo Marchione Voburgensi conflixerit, vbi post mutuam concertationem in id conuentum est, vt Berchtoldus Comes duodecim Virorum Nobilium iuramento probaret, se iuste de rebus S. Emmerani exigere, quod petebat. Cùm verò illi super Altare S. Emmerani perperam iurassent, tragicis calamitatibus omnes paulò post sunt obruti; & ipse Comes Berchtoldus terrificis comminationibus pauefactus, B. Emmerano prædium suburbanum. Isininga nomine donauit, vt hoc tradit Arnulphus Vohburgen. Comes, Monachus ac Prior S. Haimerani, in libro de Ecclesiasticis scriptoribus, sub Henrico quarto edito, cuius Auentinus in præludiis libri 5. Annalium meminit. Idem Ottho Magnus Imperator ad Ecclesiam S. Haymerani quædam prædia dedit, iuxta diploma sub finem litera G. Præfuit annis 30. Sepultus apud S. Emmeranum. Interfuit pugne contra Vngaros, S. Vlrico Duce, vbi vulnus in manu accepit, & ægrè euasit, ope D. Emmerani, vt aiunt. Auent. lib. 5. fol. 499.

SANCTVS WOLFGANGVS, † natione Suecùs, nobili stemmate clausus, Patre Comite ex Pfullingen, de Achalmarce apud Reutlingen oppidum sita, oriundus, matre Gerthrua, Comitissa de Veringen, quæ sepulta est in Sultzpach, vbi domicilium habuit, vt in Monasterio Adelbachensi scriptum reperitur, vbi traditur Wolfgangus filius fuisse Comitum Veringensium: Natus autem scribitur Wolfgangus in Wellenburgo Rhetiorum. Hic ab Otthone primo ad preces Pilegrini Patauensis Episcopi (cui in conuertendis ad fidem Christianam Vngaris fidelis cooperatores fuit, ita vt eodem tempore quinq; milia Vngarorum baptizarent) in Episcopatum Ratisbonensem constitutus est, Anno 968. Anno deinde 972. consecratus à Friderico primo, Archiepiscopo Salisburgensi, Treueris. Cùm verò vbique labare religionem videret, ei restituendæ singularem curam adhibuit, & quoniam omnia munera solus obire non possit, Patrualem suam Ramuoldum Præpositum, S. Emmerani mox Abbatem fecit. Fuerat enim tunc consuetudo in Ratisbonensi Ecclesia, vt Antistes Ratisbonensis simul etiam Abbas esset, quorum nomina tenebant solum, officia non item. Quia eo tempore, quo primùm à B. Bonifacio auctoritate Apostolica, iuxta decreta Canonum, Sedes Episcopalis instituta est, per vices & alternis sibi succedebantiam Monachiam Canonici; Episcopalis autem Sedes erat apud S. Emmeranum vsque ad Caroli Magni tempora, qui eam in ciuitatem transtulit. Cùm verò ista S. Wolfgango displicuissent, Monasterio rursus suos permisit Abbates: Ramuoldus tamen Cœnobium Ratisbonense, vt etiam suum Treuirensis deserere coactus est propter bellum civile, quod erat inter Henricum Boiariæ Ducem & suos complices, ac inter Otthonem secundum Imperatorem. Quo bello sedato, venerabilis senex iterum Ratisbonam reuersus est, vt in eius vita scribitur. De filia Otthonis 2. Iuta, tradita Monialibus Ratisbonensibus, & sub hoc Episcopo rapta per filium Vdalrici Ducis Bohemiæ, vide Cranzium in Vandalia libro secundo cap. 35. & Æneam Syluium de Regibus Bohemiæ, & Historiam Bohemiæ Iohan. Episcopi Olmucen. libro 7. Duo Monasteria sanctarum Virginum, superius & inferius nuncupata, cùm à regulari vita multum decessissent, nec reformari vellent; ipse tertium extruxit, Anno 994. sub regula & professione S. Benedicti, cui Brigitham, S. Henrici Imperatoris Sororem à se baptizatam, Abbatissam præfecit; cuius obseruantia, reliqua Virginum Collegia ad

ad seruandam regularem vitam vltro prouocata sunt. Scribitur etiam expeditioni Otthonis secundi Imperatoris contra Lotharium, D. Wolfgangus interfuisse, primusque ceteris hæsitantibus fluminis Axonæ vadum reperisse, & suis animum addidisse. In doctrinam & vitam Pragensium Sacerdotum diligenter inquirens, cum videret ipsos peculiari Episcopo opus habere; permisso Cæsaris Otthonis secundi, Episcopatum illi proprium constituit, Priuilegio ad id suis ipsius manibus scripto, S. Adalbertum, qui postea à Prussis Martyrio coronatus est primum Antistitem fecit. Auentinus libro quinto, folio 504. Teodomarum vocat Saxonem genere, qui primus Antistes Pragen. fuit, & sic S. Adalbertus 2. fuit, vt habet etiam Historia Bohemorum Iohan. Episcopi Olmu. cen. libro 6. in principio: S. Wolfgangus dedicauit etiam Altare S. Ioannis Baptista in Malhartsdorf, quod deinceps Monasterium Henricus & Ernestus, Comites à Kirchberg germani fratres, sub primo Abbate Burchardo instituerant. Idem S. Wolfgangus ex monte prope Weltenburg Castellum fecit, & Ecclesiam S. Mariæ ibidem dedicauit. His atque aliis sanctè & laudabiliter peractis; pertæsus armorum ciuiliu Otthonis secundi Imperatoris, & Henrici Ducis Boiariæ, ad Alpium Nõricarum deserta secessit, cum præfuisset annis 26. & vitam cum morte commutauit, sepultus in Ecclesia S. Emmerani, multis claruit miraculis, & propterea inter Diuos relatus. Obiit autem Anno Domini 994. Ab Hartuico Archiepiscopo Salisburgensi, & eius Suffraganeis tumulatus est apud S. Emmeranum.

14. **G**EBHARDVS, Comes ab Hohenvvart, S. Wolfgangi successor, Episcopus factus est Anno 994. sub Otthone eius nominis tertio. Hic Gebhardus multum negotii faceffit Ramuoldo Abbati S. Emmerani, propter eius Monasterij bona. Idem cum fratre Rapatone, fundo, qui dicitur Pruel, à Monasterio S. Emmerani, per legitimam permutationem recepto, Monasterium Ordinis S. Benedicti illi ædificatum Anno 997. instituit, quod Anno 1484. Carthusiensibus est traditum ab Alberto Boiorum Duce. Obiit Gebhardus vt Hermannus Contractus & Vrspergen. Abbas annotârunt, Anno 1023. cum præfuisset annis 29. Dedicauit vnâ cum fratre Rapatone Monasteriũ apud Lycatios Thyrhauptẽ.
15. **G**EBHARDVS secundus, Canonicus Augustensis, successit Gebhardo primo Anno 1023. Henrico sancto imperante, qui Henricus sub hoc Gebhardo Ecclesiam B. Virginis, ad veterem Capellam in Collegiũ Canonicorum ampliatam extruxit; Altare priscum, olim à S. Ruperto dicatum, mansit immobile, quod adhuc hodiẽ monstratur sub gradibus. Fuit hic Gebhardus cultus vestium curiosus secundum Auent. fol. 513. Præfuit annis 13. Obiit Anno 1036. sepultus, apud S. Emmeranum.
16. **G**EBHARDVS tertius, Anno 1036. à fratre suo Conrado Salico. Imp. Episcopus factus est. Iste Gebhardus donatus ab Heinricho tertio Imper. Abbatia Campidonen. interfuit expeditioni contra Vngaros, sub Henrico tertio Imperatore: Qua de re Auentinus libro quinto, fol. 535. Sub eodem Leo 9. Pontifex Maximus ab Andrea Rege Vngariæ pro pace cum Imperatore Henrico tertio constituenda accitus, Ratisbonam venit, & sanctum Wolfgangum in numerum Diuorum retulit, similiter & sanctum Erhardum, nec non ossa B. Dionysij, de quibus diu dubitatum fuit, num haberentur in æde S. Emmerani vidit, attrectauit, & Apostolico diplomate quod illi seruatur, præfente Imperatore Henrico, Gebhardo Episcopo Ratisbonensi, aliisque multis Episcopis & Cardinalibus, qui etiam Parisiorum Legatis præsentibus, comprobauit & confirmauit; Ecclesiam item S. Emmerani nuper incendio vastatam, cum Crypta occidentali consecrauit; Tabulatum in eiusdem Ecclesiæ summitate, suis sumpti-

sumptibus fieri iussit: sed & Sacellum Simonis & Iudæ Taddei, supra fornicem Capitolio contiguum, in eadem Vrbe consecrauit. Cum verò Leo Pontifex Ratisbona Noribergâ proficisceretur, Comites de Schwvartzenburgilli obuiantes rogant, vt Sacellum quoddam in honorem S. Crucis, quod hodie Prugdorffium appellatur, dediceret, S. Pater Sacellum à longè visum consecrat: Cum autem morosi interpellatores hac longinqua consecratione sibi illudi existimarent, & vt præsens Sacellum consecraret, flagitarent: Ite, inquit Beatissimus Pater, & nisi omnia consecrata Ecclesiæ indicia inueneritis, veniam, & præsens vestram ædiculam consecrabo. Sed, cum illi omnia integra comperissent, laudantes Deum acquieuerunt; extant eius euentus monumenta adhuc hodierno die. Sequenti Anno discordarunt inter se, Gebhardus Ratisbonensis Pontifex & Cunradus Boiariæ Dux, propter Urbem Parckstein (vicus ad huc hodie & arx Narischorum est) quæ ad Episcopum pertinebat, & à Cunrado per dolum capta & incensa erat. Ambo igitur Mersburgum ad Concilium vocati sunt ab Imperatore, in quo Cunradus propter facinora quædam Ducatu exutus est. Hanc contumeliam vt vlisceretur, se cum Vngaris contra Imperatorem coniunxit, & Carentaniæ fines inuasit; Gebhardo autem Episcopo mediante, Vngari percusso fœdere Imperatori reconciliati sunt, Anno 1056.

GEHARDVS Episcopus, quod Templum diui Haymerani in libertatem ac exemptionem vindicatum, sibiq; præreptum esset, propter conpirationem factam, cum aliis Boiariæ Ducibus & Episcopis, contra Heinricum tertium, tùm in Italia degentem, * parricidij & læsæ Maiestatis reus conuincitur, & in vincula ab Imperatore conicitur in Arce Wilfilingina, prope Danubium; sed tandem ab exilio reuocatus, pristina sedi restituitur. Vnde cum Imperator apud Potfelden in Saxonia diem obiisset, Gebhardus Patruus eius, cum victore Romano Pontifice Aquilegiensi Patriarcha, aliisq; innumeris vtriusq; ordinis viris, officiosè funus Spiram vsque profecuti sunt. Præfuit Gebhardus annis 24. Obiit Anno 1060. sepultus in Oranga v Monasterio, quod ipse fundauit cum matre sua, de quo apud Cuspianum in vita Conradi Imperatoris.

*Flit'his
Gebhardus
Episcopus
patrum
Henrici
III. aduorsus
ipsum ex
fratre meo
pos.*

OTTO, Babenbergensis Canonicus, ab Imperatore Henrico quarto Episcopus Ratisbonensis constitutus, Anno 1060. Iste Ottho cum aliis multis Archiepiscopis & Episcopis, orandi ac deuotionis causa in terram sanctam profectus, varias calamitates à paganis perpeffus est; ita vt de septem millibus vix duo millia redierint, inter quos & hic Ottho Episcopus, Anno 1064. Auentinus libro quinto folio 553. In schismate, Henrico Imperatori contra Gregorium 7. Pont. Max. adhæsit, & propterea cum aliis Episcopis complicibus excommunicatus est. Sub hoc Otthone Episcopo Scoti venerunt Ratisbonam, de quo vide Monasterium S. Petri consecrati.

GEHARDVS quartus de Gotzeshaim, frater Gotfridi de Gotzeshaim, vt ex libro tradit. apparet, adhuc adolescens, in locum Otthonis defuncti substituitur, Anno 1089. Henrico quarto imperante. Præfuit annis 7. apud Pechlaren occisus est: Quæ verò causa ipsius cædis fuerit, ignoratur; verisimile tamen videtur id accidisse ob magnum schisma, quod tùm inter Romanum Pontificem & Henricum seniore, & inter Henricos duos, Patrem & filium. Rom. Imp. fuit.

VLRICVS Ratisbonensis Episcopus factus est ab Henrico Seniore, post Gebhardum miserè interemptum, Anno 1105. non diu videtur præfuisse. Nam cum Henricus Iunior post deditam Nürnbergam Ratisbonam profectus esset, Pater illum subito insecutus, auxilio Ratisbonensium Vrbe fugauit, & tunc Præsulem Vrbi imposuit Vlricum istum, adolescentem adhuc, Otthone

Frisingen. & Abbate Urspergen. testibus. Cum verò paulò post Henricus iunior, recuperatis viribus Ratisbonam repetens, in dedicationem acciperet, abdicato Vlrico alium designavit Episcopum; nimirum Hartvicum. In ista rerum turba, Vlricus maturè quidem designatus, sed tardè admissus & illicò repulsus est. Hoc tempore pax inter Imperium & Ecclesiam facta, Imperator Henricus 5. inuecturam Episcoporum Legato Sedis Apostolicae resignavit; eo pacto, ut electi tam cisalpini quàm transalpini non prius ordinentur Episcopi, quàm regalia de manu Imperatoris per Sceptrum recipiant, &c. Quod quidem pro bono pacis soli Heinrico Imp. & non successoribus eius datum dicunt Romani. Ex hinc Ecclesiae libertate ad plenum restituta, pax ad integrum reformata est. Hac hisce verbis Ottho Frisingen. lib. 7. cap. 16. hinc credibile est, ob istam dissensionem, Gebhardum & Vlricum consecrationem adipisci non potuisse.

20. **HARTVICVS**, eius nominis primus, Vir Catholicus & nobilis, Episcopus factus est ab Rege Henrico Iuniore, inque locum abdicati Vlrici, quem Pater Henricus Senior instituerat, successit Anno 1105. fuit. Hic filius Engelberti Ducis Carinthiorum, fratres habuit Vlricum Carinthiorum Ducem, Engelbertum Marchionem Crayburgensem, & Rapotum Comitem Artenburgensem. Iste Hartvicus anno sui Episcopatus primo, Monasterium Pruelense, ab Gebhardo primo ceptum, sed incuria Prælatorum iam ruinosum, instauravit, & sub Abbate eius loci septimo Ruothardo dedicavit. Eadem tempestate Henricus & filius eius Ernestus, Comites à Kirchperg, Arcem suam Mallerstorf, prope Lauarum amnem sitam, in Templum commutarunt, quod Hartvicus Episcopus Ratisbonensis dedicavit & Benedictinis fratribus sub Burckardo Abbate tradidit. Dedicavit idem Hartvicus Episcopus Priueningense ac S. Jacobi Scotorum Monasteria. Idem etiam Hartvicus, pulsus Monachis in Weltenburg tradidit Augustalibus flaminibus, hoc est, Canonicis Regularibus S. Augustini. Conradus Successor Hartvici quinque post annos restituit Monachos, Auentinus libro sexto folio 614. De quo sub illis Monasteriis latius, quæ hic non repetenda puto. Præfuit Hartvicus annis 20. Obiit 5. Non. Maruj, Anno 1126. sepultus est apud S. Emmeranum. Fuit contentio inter Otthonem Bambergensem & Hartvicum istum Ratisbonensem Episcopos, propter decimationes noualium in Schampach: Ea verò lis inter ipsos Ratisbonæ sopita est, ut habent literæ transactionis, quarum Datum Ratisbonæ, Anno 1114.

21. **CHVNO**, huius nominis primus, factus est Episcopus Ratisbonensis Anno 1126. adhuc imperante Iuniore Henrico quinto. Hic Chuno fuerat Abbas Sigeburgensis, ad quem Rupertus Abbas Tuiciensis libros de victoria verbi Dei scripsit. Huius Chunonis temporibus Diopoldus Vohburgen. Diopoldi Chamoborum Marchionis & Luitgardæ filius cum Vxore Adelhait, instinctu nobilis ac strenui Viri Geruici &c. amplissimum illud Monasterium Waldsachsen fundavit apud Nariscos, quod Chuno Episcopus consecrauit. Chuno postquam annis quatuor Episcopatum tenuisset, & Ecclesiam Collegiatam S. Iohannis Ratisbonæ fundasset, obiit Anno 1130. sepelitur apud S. Emmeranum.

De hoc Monasterio vide in Chronographis Boicæ.

22. **HENRICVS**, huius nominis primus, Comes à Wolfratshausen, filius Otthonis 1. Co. mortuo Chunone à ciuibus & Sacerdotibus Ratisbonensibus, autore Friderico Comite à Pogen, Aduocato Ecclesiae Reginoburgensis, Episcopus eligitur citra consensum Henrici superbi Ducis Boiorum, Anno 1130. sub Innocentio secundo P. M. & Lothario secundo Imperatore. Fuit sub hoc Episcopo tota Boiaria turbulentissima. Nam propter Consanguineos suos in bello grauisimo etiam Episcopatum inuoluit, & in Henrici superbi Boiorum Ducis odium incurrit. Qua de re plenius scribit Cuspinianus in vita Lotharij.

Angi.

Angilofridum Antistitem D. Emmerani abdicat, Monachos deuouet, hisque à capite ieiunij vsque ad Calendas Augusti, auctoritate Apostolica sacris interdicit, quòd censum à Pascale impositum reddere detrectabant, iussu Innocentij secundi P. M. Templum S. Emmerani occupat, calicem 500. marcarum comminuit, bullas, diplomata, priuilegia comburit, plumbea monumenta reperia in sepulchro Berchtoldi Præsulis liquefacit, sacrum compilat, proceres Boiorum, per intercessionem Otthonis Palatini Com. de Witelspach in gratiam cum Duce Henrico redeunt: Episcopus quoque Ratisbonensis Hohoburgio Præfectura prope Oenum pacem à Duce mercatur, concedens eam duci in feudum. Henricus hic interfuit expeditioni, quam Cunradus tertius Imperator in terram sanctam instituit, vbi infecto negotio exercitus ferè totus, exceptis Principibus, periit, Auentinus folio 631. Sub hoc Episcopo lapideus pons Danubio impositus est ab Henrico & ciuibus Ratisbonensibus, qui inter mirabilia Germaniæ opera numeratur. Triennio post agricultura illa Ripensis, intra Danubij & Regeni confluentiam, ædificiis sterni cepit, & Monasterium S. Magni, quondam ad ripas dictum, fuit extructum per venerabilem D. Gebhardum, Ratisbonensis Ecclesiæ Presbyterum, Canonicum; ad cuius petitionem Rex Conradus Ierosolyma reuersus, cum Ratisbonæ de obsidendo oppido Kelhaim Comitibus ageret, suburbium Ratisbonense Monasterio S. Magni largitus est. Henricus Episcopus iam senex, pertæsus bellorum, & erratorum iuuenilium pœnitudine ductus, sumpta cuculla, Monachus factus est apud S. Emmeranum, cui Monasterio suum Abbatem denuò permisit: cum iam Fridericus Aenobarbus imperaret, apud quem non segniter idem Henricus, cum Abbate S. Emmerani Adalberto, ius Ecclesiæ Episcopalis Ratisbonensis atque Monasterij, quæ eodem iure in hoc videntur, tutatus est, vt scilicet formiæ in feudis non succederent, de quo latius sub illo Monasterio. Sub hoc Episcopo Henrico, Ernestus Comes de Hohenburch & frater eius Fridericus, cum neq; Vxores, neque liberos haberent, tradiderunt castrum suum, quod dicitur Hohenburch apud Nariscos, & omnes Ministeriales suos, super Altare beati Petri, omni iure proprietatis, quod in eis habebant, in manus Episcopi Henrici & Comitis Friderici de Pogen Aduocati sui, si contingeret eos sine hærede decedere. Testes sunt Ottho Landgrauus, Ottho Palatinus, Vdalricus Vicedominus, Sighardus de Eberspeunt, Nezo de Raitenpuech, & frater eius Conradus Hartfolck in der Hayde, Ortlieb Chazpitz de Wolfering, Wirnt, & duo filij sui Conrat & Wirnt, de Schmiwedagene, Herman de Ratendorf, &c. & plures alij, tam de nobilioribus quàm de Ministerialibus, &c. Extat monumentum ibi, vt puto, in libro traditionum, sed sine Dato: Puto autem Ernestum Comitem reliquisse liberos, vt ex sequentibus apparebit. Henricus hic mortuus est Anno 1155. cum præfuisset annis 25. sepultus apud S. Emmeranum cum suis Prædecessoribus, qui omnes ferè ibidem sepulti sunt, excepto Gebhardo tertio, qui in Oringau, & Gebhardo quarto, qui apud Pechlaren sepultus, vbi & interemptus est. Quòd verò non omnium monumenta extent hodie, causa est, quòd Ecclesia eadem iugibus incendiis obnoxia multorum sepulchra ruinis subruit. Sub hoc Episcopo Ratisbona iterum incendio deuastata est, & 6. Ecclesiæ conflagrârunt, S. Petri Cathedralis, S. Ioannis, inferioris Monasterij, veteris Capella, S. Pauli & superioris Monasterij, & quicquid his erat contiguum, Anno 1152. 15. Calend. Martij.

HARTWICVS, secundus de familia Com. Ortenburgen. secundum Auentini vulgarem Chronicam impressam, libro sexto. Sed fuit ille Hartvicus primus

primus de quo supra: huius autem secundi Hartvici familia ignoratur, Ecclesie Salisburgensis Canonicus, fit Ecclesie Ratisbonensis Episcopus, Anno 1155. Friderico primo Aenobarbo iam imperante. Iste Hartvicus coram Imperatore Friderico iam nominato Ratisbonæ accusatus est, quod nuper per electionem Cleri, populiq̄ & Metropolitani sui consecrationem, Pontificatum eiusdem civitatis acceperat; Regalia siquidē, quæ iuxta rationes curiæ nulli Episcoporum, antequam de manu Principis suscipiantur, licet militi tradere, ipse huius rei nescius impremeditatē, commorante adhuc in Italia Principe Friderico, tradiderat. Hoc cum inficias ire non posset, neque factum ipsum excusare valeret, compositionis noxam incurrit: Ceteri quoque, qui ab ipso susceperant, iuxta suam conditionem & sortem, consimili pœna damnati sunt. Est enim lex euriæ, quod si quis de ordine Principum sui Principis iram incurrens, compositionem persolvere cogatur; centum librarum debitor existat. Ceteri inferioris conditionis & ordinis viri, siue ingenui, siue liberi, siue serui, decem. Compositione ergo facta, ab Imperatore in gratiam receptus est, secundum Ottonem Frisingensem, lib. 2. de gestis Friderici, cap. 28. Hic Hartvicus interfuit cum pluribus alijs Imperij Principibus in curia, per Fridericum Imperatorem Ratisbonæ habita: Compositioni factæ inter Heinricum Austriæ Marchionem, ac Heinricum Leonem, filium Heinrici superbi Ducis Bauariæ, per Conradum Imperatorem depositi, super Ducatu Bauariæ, perquam Bauariæ Ducatus Heinrico Leoni cessit, Austria Ducatus factus à Bauaria separatus, cum accessione Prouinciæ Superanassianæ, de quare idem Otto Frisingensis, prædicto loco capit. vltimo, Auentinus lib. 6. fol. 633. Copiam diplomatis Friderici primi Imperatoris, quare sub Ottone primo, Episcopo Frisingensi. Idem Hartvicus incidit in iram Heinrici Leonis, Ducis Bauariæ & Saxonie, propter dissolutam ipsius vitam ac prodigalitatē: Inde Stauff castrum & vicum Episcopi Henricus occupat; Eberhardus Archiepiscopus Salisburgensis, ope Friderici Palatini de Witelspach, & Conradi Comitis de Raning, Ducem; Episcopum, & civitatem Ratisbonensem in gratiam redigit, Auentinus lib. 6. fol. 639. Idem Hartvicus S. Magni Monasterium, ordinis Canonicorum Regularium, sancti Augustini, in pede pontis Ratisbonen, à Gebhardo Comite de Raning, Ecclesie eiusdem Canonico, nuper ædificatum & fundatum, dedicauit, & priuilegijs ornauit, Anno 1155. de quo latius sub illo Monasterio. Præfuit annis 9. Obiit Anno 1164, 11. Calendis Septembris, cum præcedenti anno Monasterium sancti Emmerani igne fœdatum fuisset: sepultus est in Sacello omnium Sanctorum in ambitu, non longè à Sacello Protomartyris Stephani, quod primò fuit Ecclesia Cathedralis. Habet hic Episcopus lapidem quidem sepulchro impostum, qui locum sepulturæ indicat, sed absque inscriptione, quæ tunc temporis nondum fuit v̄sitata. Testantur autem eius sepulturam libri Chori Ratisbonensis, & Calendarium illud, in quo Episcoporum aliorumque dies anniuersarij obitus sunt annotati: Eius anniuersarius annotatus est die 3. Martij, in die S. Chunegündis, &c.

24. **E**BERHARDVS, cognomento Sueuus, Augustensis Canonicus, Hartvico successit, Anno 1165. Friderico primo Aenobarbo adhuc imperante. Præfuit 2. annis. Obiit Anno 1167. Sub hoc Monasterium sancti Emmerani totam conflagrauit, adeo vt etiam muri illi à Simperto Episcopo Ratisbonensi olim positi collaberentur. Mortuus est autē non dormi, sed in Italia belligerans, sub Friderico Imperatore, qui eodem anno Romam obsedit, & Italiam magno exercitu depopulauit. Correptus peste, cum alijs Episcopis & Principibus Romæ obiit, quorum omnium ferè ossa carnibus per excoctionem consumptis,

Impis, ad sedes proprias reducta sunt: Eius anniuersarius dies peragitur 2. Decembris.

CHVNO secundus, Ratisbonensis Ecclesiae Canonicus, fit eiusdem Episcopus 25.
 6. Idus Octobris, Anno 1167. Fuit hic Chuno generosi Comitis de Falckenstain Sigboti filius. Mater ipsius fuit Luitgarda, fratres habuit Sigbotum, qui cum vxore sua Hyldegarda familiam propagauit, & Rupertum, Abbatem in Tegernsee, Sororemque vnam habuit, Fridrunam nomine. Caeterum in schismate illo Sacerdotij & Imperij diuturno, Chuno Episcopus cum Pontifice Max. sensit, quod illi satis periculosum fuit, qua de re vide Auentin. lib. 6. fol. 645. Hic Chuno interfuit Comitibus Ratisbonen. in quibus Erikericus primus Heinricum Leonem, Ducem Bauariae & Saxoniae, utroque Ducatu priuauit, ac Ottoni Witelspachio Bauariam contulit; ita à Welphis ad Palatinos Witelspaceñ. antiquos & veros haeredes post 231. Annos, quasi postliminio rediit. Reginoburgen. v. l. b. ea tempestate potentissima, haecenus domicilium Regum atque Ducum Bauariae, occasione arrepta, ob toties mutatos Principes, excusso iugo Principum Bauariae, consensu Friderici I. Imperatoris, sacro Rom. Imperio, sicuti & reliquae Imperiales ciuitates, sese immediate subiicit; exceptis tamen vestigialibus, portoriis ac quibusdam aliis iuribus, Ducibus Bauariae ac Episcopis sibi reseruatis, quae partim adhuc hodie obtinent, partim ciuitati ex pacto cessere, Auent. lib. 6. fol. 648. & lib. 7. fol. 654. 730. de quo sub Dauide 53. Episcopo plura. Ita quoque caeteri Limitanei Praefecti Bauariae Regum ac Ducum, quos Margrafios vocabant, qui que in beneficium à Ducibus eas ditio nes tenebant, illis seruebant, vt Marchiones Styriae, Carinthiae, Histriae, Tyrolis, Vohburgi ac Chamaborum, paulatim excusso iugo Ducum Boariae exempti Duces creati, ac Rom. Imperio immediate subiecti sunt. Norat Auent. lib. 6. fol. 633. 684. Inuenio hunc Cunradum, seu Chunonem, qui ad idem est, Episcopum Ratisponen. in diplomate Friderici I. quod is dedit Adalberto Frisingensi Episcopo super foro & ponte in Veringen, Anno 1180. vide apud illum Episcopum. Praefuit annis 22. Obiit 1185. 1. Idus Iunij: Eius anniuersarius celebratur 9. Iunij.

GOTFRIDVS, Regis Cunradi tertij Capellanus & Notarius, & Friderici 26.
 Imperatoris primi, & Heinrici filij eius Cancellarius, fit Episcopus Ratisbonensis Anno 1185. 14. Calend. Iulij, qui statim sequenti anno, electionem Ratisbonensibus resignauit, 11. Calend. Martij, cum non integrum annum praefuisset. Extat huius Episcopi Chronicon, ligata solutaque oratione satis emendate scriptum, Impressum Basileae, Anno 1559. Fuit hic Gotfridus etiam Praepositus Goslariae, in numero vigesimus. Huius Gotfridi Auent. in Annalibus non meminit, ac non parum dubito de hoc, quoniam Gotfridus historicus Viterbiens. cognominatus est, &c.

CUNRADVS secundus de Laichling, Vicedominus cognominatus, Ecclesiae 27.
 Ratisbonensis Canonicus, in locum Gotfridi renunciantis mox eligitur 5. Nonarum Martij, Anno 1186. Friderico Aenobarbo adhuc imperante, & sequenti anno Comitibus Ratisbonae celebrante. Cunradus iste electus est à Reuerendissimo Archiepiscopo Salisburgensi, Adalberto, & in Ecclesia S. Petri Episcopali Infula decoratus 8. Calend. Martij, praesentibus 14. Episcopis. Hic Cunradus Basilicam ad S. Emmeranum ab Peringero Abbate constructam consecrauit, sicut hoc indicat eiusdem Basilicae inscriptio in occidentali pariete, his verbis; Anno ab incarnatione Domini 1189. Indictione 12. regnante Friderico primo Imperatore, obtento Peringeri Abbatis dedicata est haec Basilica à venerabilis huius sedis Episcopo Cunrado, 5. Calend. Nouembris, in honorem san-

et Trinitatis, sancti Michaelis Archangeli & omnium Sanctorum. Fuit etiam Cunradus iste cum aliis multis in expeditione in Syriam, ad defendendam terram sanctam, contra Saracenos, sed frustra, Anno 1197. Abbas Vrspergen. & Auent. fol. 658. praeuit annis 18. Obijt Anno 1204. 8. Calend. Maij. Sub finem ipsius vitae discordia orta est inter ipsum & Ludouicum Boiariae Ducem, ob id quod reuersus ex Asia, Curatores laicos Ecclesiasticorum bonorum, quos alias Aduocatos vocant, a curatione vi amouere nitebatur: cōfederatum & adiutorē habuit, dominum Eberhardum à Trüchsen, Archiepiscopum Salisburgensem, eiq̄ue contra Ludouicum suppetias tulit: post multas vtrinque acceptas clades sedata res, & pax facta est. Anniuersarius huius Cunradi celebratur in Vigilia sancti Georgij.

82. **C**VNRADVS tertius Comes de Frontenhausen, Praepositus Frisingensis, Ecclesiae Ratisbonensis Canonicus, eligitur Episcopus Anno 1204. 5. Idus Maij imperante Philippo Rege Henrici VI. fratre, cuius Philippi statua parua, visitur etiam hodie supra portam turris mediae pontis Ratisbonensis cū hac inscriptione, Philippus Rex Romāorū. Fuit hic Cūradus vir iustus & apud omnes graciosus, adeo vt etiam Cancellarius Imperij fieret. Cunrado enim Herbipolēsi Episcopo nefariē interempto, in officio successit Hartuicus Episcopus Aichstetē. frater Comitū de Hirschperg & Dollenstain, quo paulo post ab officio depulso, Cunrado Ratisbonensi Episcopo collatum est; praesertim quod esset ex Nobili & peruetusta familia, nempe Comitum Conradi (ita Auent. fol. 659. sed secundum alios Henrici) de Frontenhausen & Teyspach vnicus filius. Iste Ludouico Boiorum Duci vendidit partem hereditatis suae in Frontenhausen, septē millibus librarum Ratisbonensium, & Xenodochium pauperum cis pontem Danubij, in suburbano Ludouici Ducis oppido, olim ripario dicto, extruxit, & certis possessionibus & eleemosinis ditauit. Extat diploma in fine litera H. Deinde idem Episcopus reliqua sua castra, Teyspach, Werde, Königsvvartum & altera Peüern, Episcopatu Ratisbonensi adiecit, Ecclesiamq̄; tam suam quam S. Emmerani strenuē defendit, altera Beurn, vt habet Chronicon S. Magni, puto esse alten Beurn, vitiosē scriptum, siue altera, id est, nouum Beurn, quod pertinuit aliquando ad Ecclesiam Ratisbonensem.

IOANNES, Episcopus Ratisbonen. cum Capitulo suo vendidit Ducibus Bauariae, Stephano, Friderico & Ioanni, fratribus, castrum Teyspach, vnā cum vicis Frontenhausen & Pilsting, Anno 1386. Idem quoq; biennio post vendidit castrum ac vicum Neuen Beurn Hartprechto Harskircher, Anno 1388. de quo infra sub illo Episcopo, &c. Hic Conradus Epus duos Conuentus, nempe S. Iacobi, & superioris Monasterij de electione prioris S. Petri discordantes, decisione satis beneuola conciliauit. Fridericus II. Imperator permutauerat ambo Monasteria inferius & superius Ratisbonae cū hoc Conrado Episcopo, pro alijs quibusdam praedijs & possessionibus; verum reclamantibus atq; conquerentibus ambabus Abbatissis, in curia seu Comitibus Principū Herbipoli habitis, quod nō liceret Imperatori aliquē ex statibus Imperij alienare, omnium consensu ac sententia rescissa est illa permutatio per Fridericum II. Anno 1216. de quo extat diploma ipsius, cuius copiam inuenies sub Monasterio inferiore.

FACTAE sunt quoq; inter hunc Conradum Episcopum, & Ludouicum Ducem Bauariae aliqua compositiones, super communi pace Prouincię, super quibusdam castris ac feudis: Item super Ministerialiu, si contrahant, liberis diuidendis, super comunibus iuribus in vrbe Ratisbonen. scilicet collectarū, Teloneorū, monerā, salui conductus ac alijs, vnā cum confirmatione Philippi Rom. Regis, de An. 1205. quae Ratisbonae extant: earū copiam post finē horum Episcoporum

rum inuenies litera M. N. Dedit etiam iste Conradus Franciscanis Ecclesiam S. Saluatoris inhabitandam, iuxta tenorem literarum, quarum datum Anno 1226. quo etiam defunctus est, iuxta quam Ecclesiam postea, Alberto Comite de Pogen, & Ottone Comite Palatino Rheni & Bauariæ Duce, suas areas donantibus Monasterium Franciscanorum erectum est. Præfuit Conradus annis duobus & viginti laudatissimè, ex Apulia reuersus obiit Anno 1226. 7. Idus Aprilis. Sepultus est in D. Catharinæ sacello summi Templi: Eius tumulus duobus lapidibus est contextus, quorum neuter vllam habet inscriptionem.

SIFRIDVS. Conrado satis concedente, interregnum fuit annum, Ministerialibus & Choro dissentientibus; minor namque pars Chori non expectato Imperatore vel Duce, Gottfridum Præpositum elegit, cui Ministeriales laici subscribebant, assèrentes Episcopi electionem in suo potius arbitrio, non in Chori facultate sitam esse. Hic Gottfridus regalia à puero Henrico, Friderici Regis filio accipiens, non bene sese gessit, obligans plurima & inutiliter elargiens: ob hanc causam maior Chori pars, cum Abbate S. Emmerani, Berchtoldo Romam profecto, à Gregorio nono Seifridum, Ecclesiæ Ratisbonensis Canonicum, ab ipsis Episcopum electum impetrauit, Anno 1227. Friderico secundo imperante, cui hic Seifridus, Imperialis Aulæ Cancellarius, admodum familiaris fuit. Vt autem laici ab simili dissensione in electione sibi in posterum cauerent, omnis contraria chori pars Ecclesiastico beneficio & confortio Chori, sub pœna excommunicationis priuati, Romamque adire coacti sunt, & vix tertio anno sub pœna grauissima restituti. Ea verò, quæ Gottfridus abalienarar, reuocata sunt per Fridericum secundum. Huius Sifridi consilio Imperator Fridericus Austriæ Ducatum regio honore conatus est augere, vbi Sifridus Ratisbonensis Episcopus, primus nominatur in eo diplomate. Cùm verò eo tempore ordines Dominicanorum & Franciscanorum cœpissent, ipse Sifridus Dominicanis fratribus, cum consensu Cunradi Decani & totius Capituli Ratisbonensis, Ecclesiam S. Basilij in ea vrbe, quæ ad Episcopum & Canonicos pleno iure spectabat, contulit Anno 1229. Caterùm iste Sifridus voluit etiam Monasteria sanctarum Virginum reformare, sed illa, inuocato Metropolitano Salisburgensi Eberhardo, & Philippo Episcopo Ferrariensi, Apostolico Legato, & Innocentio Pontifice Max. ab his potius, si opus esset, volentes reformari, reformationem eius detrectauerunt. Hic etiam Episcopus, consilio Canonicorum & fratrum mendicantium, ordinauit statuta Sacerdotibus & laicis, fratribus & sororibus pauperibus, in Xenodochio nuper instituto famulantibus: Cùm autem esset curiæ Imperialis Cancellarius, atq; partium Friderici Imperatoris, contra Gregorium IX. huius iussu & suorum mandatariorum in Germania excommunicatus est, Auent. lib. 7. fol. 674. 676. Aliquot priuilegia suæ Ecclesiæ non inutilia à Friderico secundo impetrauit, deditque Capitulo Ratisbonensi Parochiam Saler, pro anniuersario suo, vt extant literæ: Cùmque annis 20. præfuisset, 14. Calend. Aprilis vitam cum morte commutauit, sepultus in Choro sancti Petri, post altare maximum, in cuius marmore hæc extant verba exsculpta, sed satis detrita.

Regalibus hic Cathedratum Sifridum stravit mors,

& cinis incineravit, Anno Domini M. CC.

Ceteri numeri legi non possunt.

ANNO

ANNO 1237. sub hoc Episcopo, Henricus Comes de Ortenburg, cum esset in castro Murach, dedit fororibus S. Benedicti ad S. Sixtum in suburbio Ratisbonensi, Ecclesiam in Schwartzhouen ea conditione, ut locus ille, in quo adhuc monstratur Sacellum S. Sixti, de fructibus & redditibus dictæ Ecclesiæ deberet construi. Hic est locus ille, in quo nunc est Monasterium S. Crucis religiosarum Virginum S. Dominici, sed Sacellum S. Sixti in infirmatorium commutatum est.

30. **A**DALBERTVS Pitogeius, eius nominis primus, Comes ex Pittingevv, Canonicus Halberstadiensis, per Legatum Apostolicum Ecclesiæ Ratisbonensis constituitur Episcopus, Anno 1247. habuit fratrem Berchtoldum Episcopum Patavia. Ille Adalbertus, in magno illo schismate inter Sum. Pontifices, & Fridericum secundum, partium Pontificiarum, per ciues Ratisbonen. qui Friderico adhærebant, ciuitate aliquot annis exclusus, in arce sua Tunastauff habitauit; hinc occasione data, Patricios aliquot Consulares Ratisbonenses cepit, & in prædictam arcem Tumstauff, aliàs Tunastauff, abduxit. Quæ res magnas turbas dedit, & odium ciuium in Clerum agrè tandem sedatum concitauit: Hinc etiam conspiratio in necem Conradi Roman. Regis, filij Friderici secundi, cum Ratisbonæ in Monasterio S. Haymerani hospitio excepti, sub secuta: Cuius auctores & conscij, hic Albertus Episcopus, Vricus Abbas S. Haymerani, & Conradus de Hohenfels, Ministerialis Ratisbonen. Ecclesiæ dicebantur; singulari autem Dei gratia Regis persona à cæde saluata, occisis aliquot ex suis cubiculariis ac ministris, Vricus Abbas depositus, reliqui Monachi non sine graui damno ac multa reconciliati sunt, Anno 1251. extat huiusrei diploma Conradi Regis, in fine horum Episcoporum litera I. de quo Auent. lib. 7. fol. 689. Chronica Ratisbonensia habent, hunc Albertum præfuisse adhuc aliquot annis, dedicasse Templum Cathedralis Ecclesiæ prophanatum, Item Templum Augustinianorum vsq; ad Annum 1260. hoc anno de quibusdam criminibus apud Sedem Rom. accusatum, cum defendere sese non posset, depositum, & sumpta cuculla, factum esse Monachum in Sittenbergo, Auent. quoq; meminit, fol. 700.

SVPRADICTO modo, Monachis S. Haymerani cum Rege reconciliatis, ceperunt Clerus quoq; cum ciuibus inire concordiam, & datis acceptisq; vtrinq; compositionis literis, redire in gratiam, quæ adhuc Ratisbonæ extant, eiusdem (mutatis mutandis) quasi tenoris ac substantiæ, quibus iniuriæ ac damna Clero facta remissa, pax & immunitas Ecclesiastica confirmata, protectio à ciuibus promissa est, de dato, Anno 1251.

31. **A**LBERTVS secundus, cognomento Magnus, non corporis quidem proceritate, sed literarum scientia. Sueuus natione in agro Laugingensi, clarissimis crepundiis ex regulis Boloftaten. ortus, Alberto primo deposito, suffectus est per Legatum Apostolicum, Anno 1260. sub Alexandro quarto, Romano Pontifice. Parisiis, testimonio Palmeri doctissimi tum temporis viri, insignis habitus est; vbi & Aquinatis illius Thomæ præceptor fuit, & postea Colonienfis Cœnobij apud Dominicanos lector. Hic factus Episcopus, dedit Capitulo Ecclesiam Cham, atq; studium suum consuetum non intermisit. Nam in castro suo Strauff dicitur ingens illud volumen in Lucam Euangelistam scripsisse, quod penes se adhuc habent Prædicatores Ratisbonenses. Interea tamen rem familiarè non deseruit, sed ei summa cura præfuit; ita ut vix credibile sit, aliquam rationem posse iniri, intra vnus anni spacium Episcopatum in tanta paupertate acceptum ita augendi, prout ille auxit. Scribitur enim, quòd nec guttam vini, aut granum frumenti inuenerit eo tempore, quò Episcopatum adeptus est, & tamè intra

intra duos annos magno ære alieno Ecclesiam suam liberavit. Sed vulgus, quod potius prodigos Nobiles & illiteratos, quàm eruditos & doctos, pro loco & tempore liberales, mauult, hinc arrepta occasione, cum eum calceo ligato progredientem conspicatui esset, in risum conuersum dixit, quòd perornatus more Dominicastrorum obambulare. Bonus verò iste vir, non longè post ad maiorem vitæ ac studiorum quietem, pro ratione decurrentis & languescentis ætatis anhelans, Episcopatu se abdicauit, rursusque istiusmodi cauillis minimè deterritus, ad suos Dominicanos Colonienfes concessit, vbi & mortuus est, annum vnum, & menses aliquot in Episcopatu tantùm peragens. De Magica quòd quidam scribunt, fabulosum existimo: Nec enim credibile est, virum tam bonum malis artibus studuisse. Scribit Wimpfelingius de eo, quòd Argentinam venerit, & in æde S. Petri iunioris, aram quandam in honorem S. Columbæ Virginis & Martyris suis manibus consecrauerit Anno 1268. Obiit anno vitæ 80. Anno Christi 1280. de quo latiùs Auent. lib. 7. fol. 700. & Paulus Iouius in Elogiis doctorum virorum, qui annum vnum eius ætati addit.

LEO cuiusdam Ratisbonensis filius, Ecclesiæ eiusdem ciuitatis Decanus, vir magnæ literaturæ & prudentiæ interregni Romani tempore Alberto substituitur Episcopus, Anno 1262. Sub hoc Leone Anno 1263. aliqui 1272. Ecclesia Cathedralis S. Petri Ratisbonæ igne cœlesti penitus conflagrauit 12. Calend. Aprilis, ita vt etiam campanæ & tintinabula liquecerent. Leo itaq; Episcopus materia Templi iterum construendi comparata, Anno 1275. in S. Georgij Vigilia iacto fundamento primum lapidem consecrauit, & patronum mutauit. Fuerat enim hæc olim Ecclesia consecrata in honorem beati Remigij, Episcopi & confessoris; vnde Canonici dictæ Ratisbonensis Ecclesiæ confraternitatem habebant cum Canonicis Ecclesiæ Remigiensis, aliàs Remensis, vbi S. Remigius præfuit; Sed postea tot incendiis deuastata cum nouo ædificio, & nouum etiam Patronum acquisiuit: Dedicata est enim in honorem S. Trinitatis, & B. Mariæ Virginis, & B. Petri Principis Apostolorum, Anno 1276. quæ dedicatio Ecclesiæ huius adhuc hodie celebratur: Dedit Canonicis suis decimas maiores Parochialis Ecclesiæ S. Valrici pro anniuersario suo, extat diploma. Baptizauit iste Leo Catharinam, Heinrici Ducis Boariæ ex Elifabertha coniuge filiam, 5. Idibus Iunij.

ANNO 1268. Viennæ Austriæ, quo tempore Guido Cardinalis, Legatus Apostolicus, ibidem Synodum celebrauit, interfuit, Auent. fol. 705. Præfuit annis 15. Hic etiam Episcopus Monasterio S. Emmerani suum ius conseruaturus, mortuo Vlrico Abbate Wolfgangum illis quendam dedit Abbatem, quem cum Monachi electo Haimone repudiarent, omnes vnà cum Haimone excommunicauit. Itaque Haimonem ad resignandam Abbatiam coegit, & Wolfgangum instituit. Interfuit hic Leo Episcopus obsidioni Viennensi, qua Rudolpho Rom. Regi Vienna dedita est, Anno 1276. Obiit Anno 1277. Auent. fol. 711. & 713. sepultus est in summo Templo ante altare S. Andreæ, cum hoc Epitaphio:

Hic iacet in tumba Præsul Leo, mente columba,

Nomine req; Leo, sit datus ipse Deo.

Anno Domini M. CC. LXXVII, obiit in die Margarethæ.

HENRICVS secundus, Comes de Roteneck, Comitum Rheinhardi de Roteneck filius, Archidiaconus & Canonicus Ratisbonensis, eiusdem Ecclesiæ

factus est Episcopus, Anno 1277. Rudolpho Romanorum Rege imperante. Hic, vendito suo patrimonio & Castro Roteneck Ludouico Duci Boariæ, Ecclesiæ Ratisbonensi, vsuris & debitis onerata succurrit, redditus Episcopales & Canonicorum præbendas copiosè auxit; & in primis Templum à Leone Antecessore suo ceptum, sumptuoso opere exædificare perrexit, illudq; Anno 1280. absoluit; duas magnas campanas fieri curauit; Vnam, quæ hodie dicitur campana omnium Apostolorum, alteram quæ nomen habet S. Petri. Hic etiam cantum Choralem rectum in eandem Ecclesiam introduxit, cum antea tantum vsu & nulla arte constaret, atque hanc in rem duos Monachos de Hailsprun accersitos, alios Musicam regularem docere iussit, librosque secundum vsu chori ordinauit. Adhæc magna pecunia à Ducibus Boariæ emptam aduocatum & iudicium in Velden Eberspeunt, Teyspach, Frontenhausen, Ergolsbach, Essenspach, Pilsting, & Auting redemit, & ferè omnia castra Ecclesiæ Ratisbonensis, muris & turribus firmius, quam antea fuerant, exaltauit. Primus item vinum Italicum, Canonicis certis temporibus præberi iussit: eiusmodi Congiariis distribuendis etiam aliquot Sanctorum ferias in Choro Ratisbonensi celebrandas impetrauit; Obtinuit etiam priuilegium ab Alberto Austro, post Rom. Rege, ut ipsi ac Capitulo suo liceat duas naues oneratas vino suo prediali vel empto, & centum Modios bladi, & specialiter pro ipsius Episcopi vsu decem Esoces, hoc est Husones tam in terris quam in aquis per dominium Austriacum singulis annis sursum deducere, absque omni Teloneo siue Muta, pariter quoque victualia, & quæcunque necessaria domus suæ infra Pechlariam & Viennam, &c. Datum huius diplomatis Augustæ 3. Calend. Febr. Anno Domini 1286. Item aliud obtinuit priuilegium à Ducibus Boariæ, de non occupandis bonis defunctorum Clericorum; extat diploma sub finem horum Episcoporum, sub litera K. Item aliud eorundem Ducum litera L. Sed Spald abalienauit, & cum Raimbothone Episcopo Aichstadien. permutauit, deditque primo anno sui regiminis Ecclesiam in Dietfurt Capitulo suo. Hic Henricus anniuersarium obitus sui diem, quatuordecim annis antequam moreretur, instituit, & eiusdem celebritati, cum candelarum accensione & campanarum pulsu, quotannis factæ præsens interfuit, & induuias sepulchrales, in memoriam mortis præparatas, semper ad lectisternij sui latus ad manum habuit. Valde commendatur hic Episcopus, ut verus animarum Pastor, nulli Sacerdotum Dei pietate & sapientia secundus, qui cum Ludouico Duce Bauariæ, tanquam duo arbitri, Principes Bauariæ, Austriæ, Regem Bohemiæ, Archiepiscopum Salisburgensem, & Menardum Goriciæ Comitem, Linztiij concordarunt. Anno 1290. Auent. lib. 7. fol. 722. cum sequenti.

S V B H O C quoque Episcopo Henrico, cum inter ipsum ac ciues Ratisbonens. lis orta esset, super expensis in exterioribus mœnibus vrbis ac propugnaculis faciendis, quas propter communem patriam tuendam communes esse debere putabant ciues; Clerus autem per legem Friderici secundi insertam vsibus feudorum inter constitutiones Friderici &c. se ab huiusmodi oneribus ac seruitutibus immunem esse diceret; Adolphus Rex secundum prædictam legem pro Clero iudicauit, in Conuentu ibidem habito; Anno 1294. Auent. fol. 727. Cumque rexisset quàm optimè vndeuiginti annis, tandem 7. Calend. Augusti, Anno 1296. placidè in Domino obiit, postridiè S. Apostoli Iacobi, quo festo Missam veteri more celebrauerat magna deuotione, iuxta altare D. Virginis. Sepultus est in Choro Ecclesiæ Ratisbonensis post altare, hoc disticho condecoratus.

*Hanc Cathedram rexit Henricus, quem petra texit,
De Roteneq; ortus, cœlipateat sibi portus.
Anno Domini M. CC. XCVI.*

Sub hoc Henrico Virgines religiosæ S. Mariæ Magdalensæ ordinem suum B. Mariæ Magdalensæ, qui erat pœnitentium, & ideò dicebantur *die Büsserîn*, cõmutârunt assumpta regula S. Claræ, persuadentibus eas Franciscanis, Anno 1286. Dominica Inuocauit. Auentin. fol. 725.

CONRADVS, eius nominis quartus, de Luppurck, Præpositus Ecclesiæ 34. Ratisbonensis, sic Episcopus Anno 1296. in die S. Petri ad vincula, imperante Adolpho Romanorum Rege. Sub hoc Anno 1297. cùm ciuitas Ratisbonensis per Ottonem & Stephanum, fratres Duces inferioris Bauariæ oppugnaretur, & prohiberentur comæatus in eam vehi, ciues rei indignitate perciti, oppidum Abbach exusserunt: Sed tandem per hunc Episcopum Conradum in gratiam Principum restituti sunt, secundum Auent. lib. 7. fol. 730. Habuit hic Conradus Episcopus Patruum, eiusdem nominis Conradum de Luppurg, cuius uxor Hailvrig, filia Friderici Landgrauij dicti de Leuchtenberg, Sepulti ambo Ratisbonæ in Ecclesia Cathedrali, ante altare S. Andree Apostoli, quod ipse propter frequentiore Misâram celebrationem, ac animarum suarum salute donauit, cum curia in Reinhartstorff cum pertinentiis, consensu ac sub sigillo Reuerendi patris, domini & Germani sui charissimi, domini Conradi Episcopi Ratisbonen. ac suo quoq; sigillo, Datum & actum Ratisbonæ, Anno 1299. & extat ibi diploma. Germanus aliàs frater est, sed Auent. lib. 7. fol. 736. Patruum Episcopi vocat, quod ex nomine verisimilius est. Auentinus in sua translatione hos Comites vocat, quod in diplomatibus non reperio. Defuncto autem sine liberis prædicto Conrado, Episcopus confiscauit castrum ac dominium Luppurg supra Ratisbonam, ad Laber amnem Noricum situm, ac Ecclesiæ suæ dono dedit; & cùm præfuisset annis septemdecim, obiit 7. Calen. Ianuarij, sepultus in Ecclesia Cathedrali, iuxta aram beatæ Mariæ Virginis, cum hoc disticho:

*Hæc seruat fossa Conradi Præsulis ossa
De Luppurck natus, sit tibi Christe datus.
Anno Domini M. CCC. XIII.*

DEDIT Capitulo Ecclesiam in Schneiding, pro anniuersario suo instituendo. Sub hoc Episcopo, nempe Anno 1304. Danubius Ratisbonæ supra pontem, versûs Aquilonem, excurrere volens aggere ingentis molis, ex lapidum tignorumq; cumulis congesto, ad pristinum alueum reductus est, Auent. fol. 738.

NICOLAUS, Bohemiæ Regis Cancellarius, Ratisbonensis Ecclesiæ sic Episcopus, Anno 1313. Henrico septimo imperante. Habuit statim rebellem 35. Conuentum S. Emmerani: In causa fuit, vt ex circumstantiis apparet, quod eodem anno Monachi, mortuo Abbate Henrico Winzero, Balduinum non consulto, aut fortasse etiam nolente Episcopo elegerunt. Quod Episcopus agrè ferens, electionem hanc confirmare noluit: Vnde aliqui fratres, relicto Monasterio, partim in Abach, partim in Abensperch, ad Bernhardum & Henricum, Regulos Aduocatos suos, sese receperunt, tantisper dum re per arbitros cõposita reuocarentur. Cæterum gliscente simultate de libertate & exemptione, Balduinus Abbas ad Summum Pontificem prouocauit, quem Anno 1319. Auihione commorantem adiit, actionemq; quinquennalem intentando moritur, Anno 1324. Ioannes Papa postulatione fratrum S. Emmerani & consensu

Baldui-

Balduini, Sacellanum, quem secum adduxerat Balduinus, Albertū de Schmüd-
mülen surrogauit, qui confirmatus, causam illam contra Episcopum profecutus
est, sententiamq; pro se latam accepit, Anno 1326. Monasterium sancti Emme-
rani liberum esse debere & exemptum; ita tamen vt Episcopo Ratisbonensi
quotannis decem libras Turonensium paruorum, quos hodie in decem libras
denariorum Ratisbonensium comutant, exolueret; Fuitq; Nicolaus Episcopus
damnatus in expensis, quæ æstimatæ sunt ad 5000. aureorum, sed nihil soluit.

PORRO iste Nicolaus multum utilis fuit Ecclesiæ Ratisbonensi. Eam enim
grandi ære alieno liberauit, multaq; Castra à suis Antecessoribus oppignorata,
redemit. Curauit fieri ingentem campanam, in honorem B. Dei genitricis Ma-
riæ consecratam, hoc Monasticho inscriptam: Sanctos laudo, conitrua fugo,
funera claudo.

HIC EPISCOPVS, tempore dissensionis inter Imperatorem & Pontifi-
cem, sic sibi & Episcopatu prouidit, vt excommunicante Summo Pontifice
Ludouicum Bauariæ Ducem, eundemq; Romanorum Regem; ipse tamen in
iram & offensionem Principis non incurreret. Quin & Clerum suum eidem
Principi sic insinuauit, vt Clero per totam Bauariam constituto, idem Prin-
ceps omnium rerum immunitates per literas patentes concederet.

HIC IDEM duobus Eremitis, Gotfrido & Alberto, ob humilem ipsorum
deuotionem & intercessionem Raimari cuiusdam de Prenbergk, sibi dilecti &
fidelis, potestatem fecit, vt in nemore quodam, apud castrum Prenberg, sibi cel-
las & oratorium construerent: In isto loco hodie est Abbatia S. Bernhadi, quæ
* cella Mariæ cognominatur.

*Vide plura
de hoc Mo-
nasterio
infra sub
Rubrica
Maria cel-
la.*

CVM Ecclesia Ratisbonensis non modicum defectum cultus diuini pate-
retur, propter Canonicorum absentiam; quorum aliqui peregrè literis operam
dabant, quidam alibi, vt vocant, residebant, alij Episcopo seruibant, Capitu-
lum tres assumpsit Vicarios cum consensu Nicolai, sui Episcopi, illisque de pro-
uentibus vnus præbendæ prouidit; ita vt Sacerdos receptus mediam partem
omnium prouentuum vnus præbendæ perciperet: Diaconus verò & Subdia-
conus alteram dimidiam partem, Anno 1323. Dominica Reminiscere.

SVB HOC Episcopo, Anno 1315. magna fuit fames ob frugum penuriam;
Ita vt vna scapha filiginis quinq; libris ac 60. denariis Ratisbonen. monetæ fue-
rit licitata.

SVB HOC item Episcopo, Anno 1324. die S. Panthaleonis, in porta S. Em-
merani depositum est tæctum de turri paruula Parochiali, & illic specula con-
strueta, in qua Ludouicus, eius nominis quartus, Rom. Imperator ipse residens
per Capellanos suos sancta insignia Imperij ostendit populo.

NICOLAUS iste, cum propter homicidam quendam ex curia Pontificali
per ciues vi abreptum ac securi percussum, Ecclesiasticam immunitatem viola-
tam dicens, hinc vrbe excederet, postquam 27. annis utiliter præfuisset, in Mo-
nasterio superiori Altach exul obiit Anno 1340. ibidem sepultus in Choro sub
hoc Epitaphio: Ille dominus Nicolaus Episcopus Ratisbonensis, obiit Anno
1340. 6. Idus Octobris.

36. FRIDERICVS primus, Nicolao peregrè defuncto, Canonici Ratisbonen-
ses in electione discordarunt. Nam eodem anno Idibus Nouembris, in die
S. Bricij, electi sunt per Capitulum 3. Episcopi simul; nempe dominus Frideri-
cus, dñs Henricus de Lapide, Decanus Aichstetensis, & Hiltpoldus de Hohen-
berg, aliàs Haimberg, Canonicus Ratisbonensis; sed duobus exclusis, Ludouicus
Dux Bauariæ, idemq; Imperator Rom. Fridericum in gratiam parentis benè de
se meriti, inuitis aliis, in sedem Ratisbonensem constituit, Anno Domini 1341.

Vnde

Vnde paulo post Henricus de Lapide ex angore mentis, vt putatur, diem obiit. Fuit autem hic Fridericus Ecclesiæ Ratisbonensis Præpositus, filius Friderici Burggrauij Noribergensis secundi, qui Ludouico in grandi schismate fortiter adhererat. Auus ipsius fuit Fridericus, Comes de Zollern, primus Burggrauus Noribergens. cuius posterius deinceps Marchionatum Brandeburgens. adepti, Electores imperij facti sunt. Habuit iste Fridericus fratrem Berchtoldum, Episcopum Aichstetensem.

AVENTINVS; libro 7. folio 783. scribit, quod in locum Nicolai Episcopi, Clemens VI. Reginoburgensibus præfecerit Fridericū, Aichstetensibus Berchtoldum, fratres Germanos: Verum à Capitulis vtrosq; repulso, & eorū loco electos Ratisbonæ, Henricum de Stain, Aichstadij, Albertum de Hohenfels, hōs prædia, vrbes, arces & agros possedisse, & Augusto in clientelam se dicasse.

IDEM quoque Auentin. in Epitome ponit Henricum, Vlrici de Lapide filium, Episcopum Ratisbonensem, Anno 1330. Sed Annus est 1340. & veritas, quod Fridericus Episcopatum obtinuit. Nam ab hoc Friderico Episcopo, Anno 1355. Carolus quartus Romæ reuersus, capiens fines Bohemiæ vsque ad Danubium extendere, ac sub specie pacis Ratisbonam occupare, emit castrum Stauff Danubianum, inuito ac infcio Capitulo, pollicitus aliud castrum in Bohemia Episcopo dare, verum plebeiorum motu Ratisbona cessit, ac Stauff arcem non diu tenuit: Nam post mortem Caroli Theodoricus Episcopus Stauff, Sultzpach in Norico, Eglöfshaim, castella rursus occupauit, de quo Auent. lib. 7. fol. 792. 794. 800.

HIC Fridericus pessimè præfuit, nec nisi maledictis post se relictis sui memoriam posteritati commendauit, adeoque totum Episcopatum dissipauit & exinaniuit, vt etiam Capitulum ipsum imminutum supra modū attenuauerit, annis 24. quibus sedem Ratisbonensem tanquam inutile pondus pressit.

ANNO 1349. cum in toto mundo pestis grassaretur, & flagellatorum secta in Germania oriretur, Fridericus iste à Clemente VI. Romano Pontifice iussus, processum contra eos matura deliberatione, adhibitis in consilium viris literatis, instituit & executus est; Ita vt tandem Secta illa intra triennium cessaret.

AMOTVS est tandem ab administratione Episcopatus, quæ Berchtoldo fratri suo, Episcopo Aichstetensi concessa est, vt extant literæ.

CONRADVS, huius nominis quintus, post longam contentionem, cum 37. Sedes Episcopalis triennio vacasset, ac per Rabanum, Episcopum Aichstetensem, tanquam prouisorum gubernata esset, eligitur ex Præposito Episcopus Ratisbonensis, Anno 1368. Hic Conradus dictus est de Haimberg, confirmatus ab Urbano quinto Pontifice Romano, Carolo quarto imperante. Fuit homo magnæ humilitatis & amans Cleri, Episcopatum tamen ita dissipatum insaurare non potuit; Festum S. Barbaræ Virginis, Anno 1377. in Synodo Ratisbonæ celebrata instituit in Ecclesia Cathedrali, ad cuius altare etiam sepultus est.

HIC **CONRADVS** Episcopus, vnà cum Capitulo oppignorauerunt Marchioni Ottoni, Stephano, Friderico & Ioanni, Ducibus Bauariæ, Præfecturam & castrum in Teyspach, cum omnibus pertinentibus, Anno 1377. quod postea Successor ipsius Ioannes Episcopus absolute vendidit Stephano, Friderico & Ioanni, Ducibus Bauariæ, Anno 1386.

SVEEODEM **CONRADO**, Carolus quartus Imperator ab Urbano quinto precibus impetrauit, vt Episcopatus Bambergensis, Ratisbonensis & Misnensis, Ioanni Archiepiscopo Pragensi deinceps subessent, tanquam Apostolicæ sedis Legato, quod ius legationis in Dioccesim Ratisbonensem Archiepiscopus Salisburgensis sibi vendicabat. Literæ Urbani Pontificis datæ sunt 5. Calendæ Iunij, Pontificatus sui anno tertio.

ANNO 1380. Ecclesia S. Ioannis ab Episcopis Ratisbonensibus fundata, ad ampliandam Ecclesiam Cathedralis est destructa, & alio loco, ubi tunc erat taberna, quæ dicebatur *auff den Brettern*, venuste edificata. Iuerat enim primo loco Templum S. Ioannis fundatum in area Cathedralis Ecclesiae, in eo loco, qui hodie ostenditur medius inter duas aras deinceps extructas; vna est S. Florini, quam fundauit Albertus Stauffer, antequam fieret Episcopus, altera verò è regione S. Thomæ, quam fundauit Bartholomæus Rabitzer, Canonicus Ratisbonensis, sub Episcopo Alberto Stauffer.

CARMELITÆ etiam ex aede D. Osualdi, quòd eundem Conradum ad viua Dei templa construenda in concionibus liberè adhortarentur pulsì, Straubingam migrarunt, ibique Templum condiderunt, vbi adhuc hodie habitant. Præfuit annis 13. Obiit Anno 1381. Epitaphium eius est: Anno 1381. obiit Conradus de Haimberg, Episcopus Ecclesiae Ratisbonensis, in Vigilia Petri Apostoli ad vincula, cuius anima requiescat in pace.

38. THEODORICVS Baro ab Abensperg, Vlrici senioris, & Elisabethæ de Gundelunga, fundatorum Xenodochij in Essling filius, Bambergensis Ecclesiae Præpositus, Ratisboneñ. Canonicus, vnanimi omnium consensu eligitur Episcopus, Anno 1381. Venceslao Romanis imperante. Hic Theodoricus fuit homo magnificus, habuit copiosam aulam, sine detrimento tamen Ecclesiae, cui magno emolumento fuisset, nisi fati præreptus diem immaturè obiisset. Præfuit enim tantùm biennio, Primo anno suæ gubernationis, petiit à suis subditis & Clero subsidium, vt vocant charitativum, qua pecunia arcem Thunau-stauff, annis duobus & quadraginta abalienatam, à Ducibus Boiariæ redemit, similiter & castrum in Auting, & villam in Sultzpach, ac castrum in Eglosheim. Cùm autem vsque in tertium annum præfuisset, & sub Calendis Nouembris & grotare inciperet, sumpto venerabili Sacramento Eucharistiae, potiores è Canonicis ad sese accersiri iussit: Qui cùm non venirent, Nonis Nouembris ipse obiit: & sic Canonicis omnibus absentibus, Episcopatus bona per alios direpta & abalienata sunt. Consanguinei enim ipsius omnia vasa argentea & aurea venilia sustulerant, & castrum Stauff per eosdem Consanguineos ab Episcopatu fuit abalienatum, & ciuibus Ratisboneñ. oppignoratum. Sepultus est post altare Chori Ratisboneñ. sub hoc Epitaphio: Anno Domini 1383. obiit venerabilis dominus Theodoricus, Episcopus Ecclesiae Ratisboneñ. in Vigilia Leonhardi, de Abensperg natus, sit tibi Christe datus, &c.

39. IOANNES, huius nominis primus, * Præpositus Frisingen. post obitum Theodorici, cùm Canonici electionem negligerent, eosque mutuum odium retardaret, sumpta occasione hanc simultatem ad Romanum Pontificem detulit, & vt sibi Episcopatum concederet, obnixè rogauit, quem & impetrauit. Interim Canonici Ratisbonenses quendam Magistrum Paulum, Decretorum Doctorem, Canonicum Patauicn. & Ratisbon. elegerunt, qui, cùm confirmationem peteret, nimis serò venit, repulsamq; passus Patauiam concessit, & præmerore animi ibidem moritur. Prædictus igitur Ioannes ab Urbano VI. Pontifice Romano Ecclesiae Ratisbonensi, contra voluntatem Canonicorum præficatur Episcopus. Fuit iste Ioannes damnosus Episcopatus, numerosam aulam habuit, & splendide vixit; interim res Ecclesiae negligens. Sunt, qui asserant, eum fuisse Stephani iunioris, Ducis Boiariæ Ingolstadij comorantis filium illegitimè natum, & Consanguineorù potentia fretum occupasse Episcopatum, Anno 1384.

EVDVICO, cognomento Barbato, Stephani Ducis Boiariæ filio, fratri suo castrum Hohenburek in Norico; similiter etiam, cùm sumptus aulicæ prodigalitatìs deficerent, castrum Heussleck, & oppidum Pechlaren Reinperto de Walsch oppignorauit.

* cognomine Mosspurger
f. n. s.
B. d. instigmb. Comitum à Mosspurg
9. s. u. c. i. s.
quippe tri-
bun. r. s. i.

CASTVRM Vtter seu Bicer, reluctantibus Canonicis, pro 8000. florenis vendidit, vtestantur literæ Capituli de Anno 1385.

IDEM Ioannes vnà cum Capitulo suo vendidit Ducibus Bauariæ, Stephano, Friderico & Ioanni fratribus, castrum Teyspach, vnà cum vicis Frontenhausen & Pylsting, Anno 1386.

BIENNIO postea vendidit castrum ac vicum Neüenpeurn iuxta Oenum Harprechto de Harskirchen, &c. Quod etiam supra in Conrado tertio annotatum est. Cumq; etiam redditus illos ad mensam Episcopalem pertinentes oppignorasset, nec iam haberet amplius quod consumere, consilio Vicarij sui Petri de Rymago, Canonici S. Ioannis, viri docti vatriq;, exactiorem Clericorum excogitauit, qua ingentem vim pecuniæ corrasit; postea ab Abbate S. Emmerani Vlrico, propter exemptionem redemptam 852. florenos extorsit, adeoq; se præbuit Abbati illi difficilem, vt eum cogeret è Turonis petere monetam, in Bulla exemptionis contentam.

HAS pecunias cum etiam consumpsisset, causam quæsuit contra Petrum suum Vicarium hominem prædiuitem, eumq; captiuatum ab officio Vicariatus deposuit, omnibusq; bonis & possessionibus spoliavit.

CÆTERVM, cum dilatanda foret Ecclesia Cathedralis, vt supra dictum est, ipse iaciundo fundamento primum lapidem posuit, in fundamento Turris veteris; in quo latere ipsius insignia trium Rosarum hodie etiam cernuntur, in turricula S. Ioannis versus septentrionem, & quia Mospurger dictus est, insignibus illorum quondam Comicum & illius vrbis Mospurgerensis vsus est.

DEINDE, Anno 1404. Synodum ordinariam celebravit, in qua festum S. Elisabethæ viduæ celebrandum decreuit.

ISTVM Ioannē Ecclesia Ratisbonensis annis viginti sex tolerare coacta est.

DEDIT hic Episcopus Capitulo, ad augendos eorum redditus, duas Parochiales Ecclesias, seu illarum collationes; nempe in Mallerstorf & in Leubolzing; vicissim Canonici gratitudinis ergo, anniuersarium illius, & festum S. Elisabethæ ex eius institutione quotannis celebrant, & hinc abusus perniciosus incorporationum, pensionum & absentiarum, vt vocant, cum Ecclesiæ curatæ non per suos veros Pastores, sed per Vicarios ac mercenarios male reguntur: Interim lana & lac ouiu ab alijs male consumuntur. Hic Epus obiit An. 1409. sepultus in Ecclesia Cathedrali, ante S. Andreae Apostoli altare sub hoc Epitaphio: An. Dñi 1409. Reuerendus in Christo pater & dominus, dñs Ioannes, Episcopus Ratisbonen. obiit in die S. Marci Euangelistæ, cuius anima requiescat in pace.

ALBERTVS, tertius huius nominis, à Stauff, vocatus à Stauffenberg (alterius familiæ quam illi de Erenfels, quod & differentia insignium probat) Canoniceus & Schoiasticus Ratisbonensis, eligitur omnium & singulorum vnanimibus suffragiis in Episcopum, Anno 1409. Ruperto Bauaro imperante; quæ electio ab Alexandro V. in Concilio Pisano ritè confirmata. Fuit hic Albertus primis suæ gubernationis annis multis molestiis exagitatus, cum propter diuturnū schisma Romanæ Ecclesiæ, inter eius Pontifices, nā ipse partiū Alexandri erat, Auent. lib. 7. fol. 808. tum propter inobedentiā Cleri suæ Diocesis, qui ad hæresin Hussiticam paulatim declinabat. Cum verò rebus cōpositis pacem adeptus esset, Ecclesiæ Ratisbonensi vtiliter præfuit, alienataq; bona eidem diligenter & sedulo recuperauit. Castrum enim Heussäck, ab Antecessore suo oppignoratum, & oppidum Pechlaren multis annis integrè redemit, & Episcopatu adiecit. Castrum item Hohenburg, ab eodē præcessore suo Ludouico Bauariæ Duci oppignoratum octo millibus aureorum, cum maxima difficultate Ecclesiæ restituit. Deinde 4. libras denariorum annui census, ad mensam Episcopale pertinentes à Marquardo Stör redemit. Insuper multa alia debita ab Ioanē Antecessore

contracta, dissoluit. Sepulchretum item Canonicorum in ambitu primuobduxit testudineo opere, id quod eius insignia in fornice primo collocata testantur. Moribus fuit compositis, non austerus, sed grauis, omnibus transeuntibus & ei caput aperientibus, capitis inclinatione respondit.

ANNO decimo suæ sessionis, eum à Constantiensi Concilio rediret, Synodum ordinariam celebrauit pro reformatione Cleri & religiosorum. In hac Synodo publicatis statutis prouincialibus Eberhardi Archiepiscopi Salisburgensis decretum est, vt per Episcopum Ratisbonensem deinceps singulis feriis sextis, ob memoriam passionis Christi, hora nona pulsaretur campana, qua audita Clerici perorarent Psalmum, Deus meus, Deus meus respice in me, Laici orationem Dominicam quinquies, & salutationem Angelicam itidem quinquies recitarent.

ANNO sequenti, Conradum quendam de Hildeshaim Presbyterum, Decretorum Licentiatum, Sacellanum S. Georgij secus pontem lapideum conduxit, vt ius Canonicum publicè in sua aula auditoribus profiteretur. Præfuit annis 12. Obiit Anno 1421. 6. Idus Iulij, sepultus ante Sacellum S. Floriani, quod ante Episcopatum ipse ditauerat, sub hoc Epitaphio: Postquam annos duodecim bene præfuisset, Anno Domini 1421. 6. Idus Iulij obiit dominus Albertus de Stauffe, Episcopus Ratisbonensis, cuius anima in pace requiescat sempiterna Amen.

41. IOANNES, huius nominis secundus, de Streitpergk, vir per omnia reuerendus, Canonicus, Custos, Iudexque Consistorij Ecclesiæ Ratisbonens. eligitur in Episcopum Ratisbonensem, Anno 1421. Sigismundo imperante, vir benignus, comis & amabilis, coniunxit se reliquis Ducibus, contra Ducem Ludouicum Ingolstadiensem, qui eundem Ducem vehementer impugnabant, vsurpando sibi illius bona, donec Anno 1422. per Sigismundum Regem, & Brandam Legatum Apostolicum, hæc rixa Ratisbonæ per inducias sedaretur. Hic Episcopus Sacerdotem quendam de Drafen, pertinaciter defendentem nouem Articulos Wicleffi hæretici, omni Sacerdotali dignitate exiuit. Anno 1423, dominus Henricus Ratgebo de Gotha, Sacerdos Moguntinensis Diocesis, propter hæresin Hussitarum, quam defenderat, degradatur per Ioannem Episcopum, & ab eodem Magistratui sæculari traditus comburitur.

ISTE Ioannes in magnum malum incidit, propter castrum Stauff, quod iure quidem proprietatis ad Episcopatum pertinebat, nihilominus tamen Ratisbonenses ciues illud oppignoratam obtinerent: Vnde, cum Ioannes Episcopus illud redimere non posset, Duci Henrico de Landshuet redemptionem permisit; sed persuasus à ciuibus, consilium retractauit; vnde illum Dux, propter expensas quas fecisset repetendas bello impetere statuit: Sed Ioannes datis Henrico tribus millibus aureorum, ei est reconciliatus. Dux in posterum omni iuri redemptionis renunciaret. Ioannes letaliter decumbens, hoc ius redemptionis literis & instrumentis propter Successores suos corroborauit, atque ita rebus bene atque laudabiliter gestis, mundo huic valedixit, Calend. Aprilis Anno 1428, cum præfuisset 7. annis, mensibus 7. & diebus 24. sepultus est in medio Templi Cathedralis, sub tali Epitaphio: Mille quadringenis viginti octo quoque annis, dum tenet verbigena, est hic sepultus Ioannes Streitperger dictus, Præsul huius loci, qui gaudia tenet Cœli. Hic bene rexit & omnibus affabilis fuit.

ISTE Ioannes incorporauit Præposituræ Ratisbonensi, propter tenues redditus, Parochiam Engelbrechtsmunster prope Geysenfeldt, Anno 1426. Anno ultimo huius Episcopi D. Georgius de Fraunberg in Hag-fundauit Monasterium

sterium Ramfau, apud Hohenburg cis Oenum, ordinis S. Augustini Heremitarum, idque cum consensu huius Episcopi, ad quem locus ille pertinebat.

SUB hoc Episcopo Anno 1422. Castrum Sarching à ciue Rarisbonense Durrenstetter constructum est, quo defuncto deuenit ad ciues Rarisbonen. à quibus deinde per quendam contractum commendatori S. Ægidij Rarisbonæ ordinis Teutonicorum est additum.

ERHARDVS. Post obitum Ioannis, Domini Capitulares finitis feriis Paschalibus, electionem noui Episcopi instituerunt, habitaque deliberatione inuicem conuenerunt, ut si forsan accideret inter eligendum disparitas votorum, & per hanc designarentur plures Episcopi, tùm se concorditer consensuros in eum, quem numerosior & sanior pars designasset, atque ita concordibus suffragiis electus est Erhardus Statpoger, Presbyter, Canonicus Rarisbonensis; electione completa & Clero cum Laicis foris expectantibus noui Episcopi publicationem, Dominus Erhardus declaratus est Pontifex Rarisbonensis, atque ante Altare maximum productus cum cantico illo solenni: Te Deum laudamus, &c. publicè inauguratus est. Incommodè aberant tùm Romæ Præpositus & Decanus in suis utpote causis: facta autem hac solenni inauguratione Episcopi, vnus è Canonicis electoribus è Choro statim descendens Romam proficiscitur. Quod videns alius Presbyter è familia Domini Decani, & ipse idem iter ingreditur, rumorem spargens, Dominum Decanum esse electum per potiora vota. Quod cum Decanus in itinere domum versùs comperisset, Romam reuertitur, sed obstante sibi Præposito Episcopatum non est adeptus. Electus verò Episcopus nuncium quendam Canonicum misit Romam ad Præpositum, ut suam causam ageret & confirmationem impetraret; sed nuncius fuit repudiat, aliis duobus de Episcopatu contententibus, qui Dominum Erhardum apud summum Pontificem detulerant, propter habitum corporis, ut ipsi iactabant, viciosum, cum tamen esset Vir & forma & dignitate commendabilis. Martinus quintus Pontifex Romanus, his frustra altercantibus, Cunradum quendam de Sufato Theologiæ Doctorem elegit, qui Domino Erhardo persuasit, ut sibi certis conditionibus cederet, qui & ipse postea Romam profectus, post festum venit.

CUNRADVS sextus de Sufato, vulgariter Soest in Westphalia, sacre Theologiæ Magister, qui crucem Martino 5. Romanorum Pontifici præferebat, ab eodem Pontifice, ut gratificaretur Bauariæ Ducibus Episcopus Rarisbonen, factus est, Sigisundo imperante. Iste Cunradus, Anno 1428. feria quarta, sub festum S. Emmerani, Rarisbonam venit, habens in comitatu suo Ioannem Palatinum Com. Ducem Bauariæ vnà cum filio Christophoro, qui postea factus est Rex Daciæ: & alios plurimos nobiles Clericos & seculares, ab omnibus & ciuibus & Canonicis Rarisbonensibus perquam honorificè exceptus est.

ISTE Anno 1435. celebrauit Synodum pro reformatione Cleri.

CASTRYM Werdemultis annis abalienatum ad Episcopatum reduxit. Fuerat enim id Ducibus Bauariæ inferioris, 35. aureorum millibus oppignoratam: In diuisione autem Bauariæ, quæ facta est Anno 1429. Straubingæ, cum hoc Castrum in manus Ducis Wilhelmi deuenisset, & Henricus Nothafft, quondam Vicedominus Straubingen. illud teneret, Wilhelmus Dux ab eodem Nothafft redemit, & Episcopatu Rarisbonensi liberè restituit, dimissis capitalis summæ decem millibus florenorum, ob Dei opt. Max. honorem. Cunradus igitur Episcopus, vir prudens & non ingratus ob rei memoriam perpetuam Duci Wilhelmo, diem obitus anniuersarium singulis annis in Ecclesia Cathedrali à Canonicis peragendum instituit, sub Calend. Maij. Præfuit annis 9. Obiit in

Vigilia Pentecostes, sepultus in Cathedrali Ecclesia extra Chorum ad latus Septentrionale, inter aras S. Trinitatis & S. Sebastiani. Eius marmor habet hanc inscriptionem: Anno Domini 1437. Calend. Maij. Obiit Reuerendus in Christo Pater & Dominus, Dominus Conradus Episcopus Ratisbonensis, cuius animarequiescat in pace. Hic Conradus legitur fuisse vnus ex illis deputatis fidei iudicibus, in Concilio Basiliensi, vt indicat festio 5.

SUB hoc Conrado Anno 1430. 7. die Februarij ciues Ratisbonenses, ob metum Hussitarum, pontem lapideum, qui Boariam Bohemiarum conterminam iungit, fossa, muris, propugnaculo, turribus, diruta & dicula S. Catharinæ & Sacello, vnâ cum ædificiis Xenodochij, communiunt, Urbem de integro firmant, fossam purgant, mœnibus vtrinque substruunt, muros & turres reficiunt, atq; ita Hussitarum bellico apparatu maximo instructi, vniuersis amissis in graue damnum inciderunt, &c.

44. **F**RIDERICVS secundus de Parsperg, Præpositus Ratisbonensis, Decreto- rum Licentiatas, defuncto Conrado eligitur Episcopus, feria sexta Pentecostes, & in die commemorationis Pauli, quæ tunc erat in die Dominico, à Ioanne Archiepiscopo Salisburgen. consecratur, autoritate Concilij Basiliensis Anno 1437: Sigismundo adhuc imperante. Ante huius Episcopi electionem Canonici inter se constituerunt articulos quosdam, tam ab Episcopo futuro, quàm à Capitulo perpetuò seruandos. Cùm verò illi articuli iurati mox per Fridericum de Parsperg rescinderentur, Capitulum cum ipso super hac re atq; aliis quibusdam grauaminibus in magnam contentionem venit, cuius determinatio Archiepiscopo Salisburgen. à summo Pontifice Nicolao 5. commissa est Anno 1440. Vnde postea prædictorum articulorum à prædicto pontifice Anno 1448. confirmationem impetrauit, &c.

Hic Fridericus fontem vtilem & necessarium immensæ altitudinis in Castro Werd fodi iussit.

FUIT Vir animosus, ita vt etiam Imperatori Friderico 3. alijsq; Principibus Ecclesiam suam vexantibus sese opponere non trepidaret: Canonicos etiam suos, celebrata Synodo feria quarta, post festum Ioannis Baptistæ, reformare voluit, sed multiplicatis contentionibus & rixis nihil actum est.

SACERDOTEEM quendam in alium Presbyterum atrox homicidium perpetrantem, post ademptam dignitatem Sacerdotalem rotæ supplicio puniendum curauit, Anno 1443.

PÆFUIT annis 13. Obiit Anno 1450. sepultus in meditullio Cathedralis Ecclesiæ, iuxta statuam S. Petri, sub hoc Epitaphio: Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo, vltima Calend. Martij obiit Reuerendus in Christo Pater & Dominus, Dominus Fridericus de Parsperg, Episcopus Ratisbonensis.

CUM ille morbo diurno confictatus, & quasi ratione destitutus, Thesaurum, clenodia, priuilegia & res Ecclesiasticas personis extraneis tradidisset, coacti sunt Capitulares Canonici, ante electionem futuram, articulos illos supradictos inter Episcopum & Capitulum constitutos augere, vt in bulla quadam extat.

45. **F**RIDERICVS tertius de Plankenfels, Decretorum Doctor, Custos Ecclesiæ Ratisbonensis, Bambergensis, Frisingensis & Ratisbonensis Canonicus, vir mansuetissimus, facie pulchra, Heroica & procera statura, constituitur Episcopus Anno 1450 Friderico 3. Romanorum Rege imperante; confirmatus est à Nicolao 5. Romano Pontifice. Hic fuit Romæ cum Friderico Imperatore in coronatione & benedictione Papali Anno 1452. Dominica Lætare. Præfuit

7 annis.

7. annis. Obiit 24. Maij, Anno 1457. sepultus in meditullio Ecclesiæ Cathedralis, sub hoc Epitaphio in lapidem exciso: Anno Domini 1457. die 24. mensis Maij, Reuerendus in Christo Pater & Dominus, Dominus Fridericus de Planckenfels, Decretorum Doctor, obiit Saltzburgæ, hic sepultus, cuius anima requiescat in pace.

IN defuncti locum fuit electus per Capitulum Ratisbonensium Ecclesiæ, non tamen ab omnibus, Henricus de Absperg, Canonicus Ratisbonensis & Pataviensis; sed in confirmatione petendarum repulsam tulit apud Calixtum 3. Romanum Pontificem, qui Ducem Rupertum confirmatum administratorem Ecclesiæ Ratisbonensis constituit: de qua re Eneas Sylvius in libello intitulo Germania, cap. 17. cum sequenti non est in opere magno suorum librorum; sed separatim impressus Argentorati, Anno 1515. in 4. De hoc Episcopo vide Auent. lib. 7. fol. 833. cum sequenti.

RUPERTVS de nouo foro, filius Otthonis Mospachij Palatini Com. ex Ioranna, Sorore Ludouici Ducis Landeshutensis, &c. genitus, Otthonis cœlibis frater, nepos Ruperti Romanorum Regis, Dux Bauariæ & Comes Palatinus Rheni, instituitur in Episcopatum Ratisbonensem à Calixto 3. summo Pontifice, Fridrico 3. imperante. Subitanea correptus infirmitate, consecrationem propter ætatem nondum adeptus in oppido Austria, Yps nominato, moritur. Anno 1465. postquam Cathedram administrationis nomine annis occupasset. 8. Eius exanimatum corpus aduerso Danubio nauis impositum, Ratisbonam est deuectum, & in Choro secus sacrarium honorificè tumulatum, sub hoc Epitaphio: Anno Domini 1465. Calendas Nouembris, obiit Reuerendus in Christo Pater, Illustris Princeps & Dominus, Dominus, Rupertus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, ac Administrator Ecclesiæ Ratisbonensis, hic sepultus.

Hic Rupertus Castrum Perbing redemptum Episcopatu Ratisbonensi addidit.

HENRICVS tertius de Absperg, iterum à Capitulo electus est; post defunctum Rupertum, fuit vir pius, prouidus, benignus, Cleri sedulus amator, Præpositus & Canonicus Ratisbonensis, & Decanus Pataviensis, per Paulum secundum Pontificem confirmatus, accepit gubernationem Episcopatus Anno 1465. Fridrico 3. imperante, consecratus est in Episcopum ipso die S. Catharinæ, per Episcopum Frisingensem.

Hic Anno 1466. quendam Leuitum Wirspergensium in Ecclesia Cathedrali, se presente, Suffraganeoq; suo, & Doctoribus & Licentiatis, populiq; multitudine magna, hæresim abiurantem ad perpetuos carceres damnauit in Hohenburg Castro Norico.

ANNO 1475. circa festum Michaëlis Romam profectus est, & expeditijs, quæ pro sui Episcopatus vtilitate, alijsq; Boiariæ Principibus, maxime Ludouici gesserat, incolumis domum rediit.

ANNO sequenti, 9. Calend. Februarij, missiles libros emendatos Typographis excudendos dedit.

PRESBYTERORVM item Concubinatum edicto graui, quantum potuit, coercuit. Obiit de omnibus bene meritus, Anno Domini 1492. sepultus extra Chorum in latere sinistro, prope Aram S. Stephani prothomartyris, vbi duos lapides suæ memoriæ positos habet sub hac inscriptione: Anno Domini 1492. 7. Calend. Augusti obiit Reuerendus in Christo Pater & Dominus, Dominus Henricus de Absperg, Episcopus Ecclesiæ Ratisbonensis, eius anima requiescat in pace, sedit in Episcopatu annis 26. Menses 8. dies 7. Vixit annos 82. Menses 4. dies 7.

Hoc

Hoc Episcopo hortante, susceptum est à Choro Ratisbonensi festum præsentationis Mariæ virginis cum sua historia perpetuis temporibus celebrandū.

ANNO 1483. circa festum S. Laurentij, seditio orta est inter Senatū & plebem Ratisbonensem, in qua Senatores (frustra ipsos Episcopo Henrico cum lacrymis etiam dehortante) cum rumor esset sparsus, ærarium Urbis plane exhaustum & patricios valde oberatos esse, à fide Cæsaris & Imperij ad Albertum Duce[m] Monacensem defecerunt, eique Urbem Ratisbonam resignarunt. Fridericus autem Imperator id indignè ferens, conuocatis in auxilium ciuitatibus Imperialibus, sub festum S. Georgij iussit totam Bauariam igne & ferro populari. Albertus ut imminens periculum à se & suis auerteret, Imperatori Ratisbonam reddidit, postquam sex annis illam in sua potestate habuisset, quam ipso die Ascensionis Anno 1492. Fridericus Marchio Brandeburgensis, & Comes de Zorn, nomine Imperatoris receperunt, à ciuibus iuramentum denuò acceperunt, nouumque senatum legerunt, ex auctoritate veteribus Senatoribus.

Eo autem tempore, quo Dux Albertus Ratisbona potitus esset, Carthusianos in Monasterium Prüel, extra Mœnia Ratisbonensia situm, introduxit, expulsi Benedictinis: Quos Carthusianos Episcopus Henricus, ut iniuste intrusos confirmare noluit.

48. **R**UPERTVS secundus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ & Westereich, filius Friderici Palatini de Sponheim, post Henricum factus est Episcopus Anno 1492. Friderico tertio adhuc imperante. Fuerat hic coadiutor ab Henrico assumptus, Anno 1487. sollicitatione Georgij & Otthonis, Palatinorum, Ducumque Boiariæ, Castrumque Werd, cum sua familia incoluerat habitus, donec Henricus Episcopus satis concederet. Hic Rupertus ex Canonico & Cantore Moguntinense factus est Episcopus, Dominica proxima ante aduentum Domini, quæ fuit dies Catharinæ, per Reuerendum Patrem & Dominum Fridericum de Zollern Comitem, Episcopum Augustensem est consecratus, in Ecclesia Cathedrali Ratisbonensi, præsentante Abbate S. Emmerani Erasmo, cum octo Insularis Abbatibus aliis, & suffraganeis, Ratisbonensi & Aichstetensi, confirmatus est ab Innocentio 8. Romano Pontifice. Sub hoc tempore fuit bellum Leoninum, contra Duce[m] Albertum, quo finito Cleri persecutio incepit. Albertus enim Dux quosdam Parochos vna de Stauff Castro Monachium deuchere coegit, idque eorum expensis. Parochi igitur Episcopi Ruperti opem implorant, qui cum hoc prohibuisset, Dux exacerbatus in res Ecclesiasticas & Sacerdotes suos incitauit; Cumque Sacerdotes rebus suis spoliarentur, Episcopus Rupertus publico edicto omnia sacra apud Kelhaim sustulit, donec res per Maximilianum Imperatorem fuit composita: Interim tamen res Sacerdotum sic abalienatæ, ad centum aureorum millia æstimatæ sunt. Hic quoque Episcopus B. Mariæ virginis geminam solennitatem, per rotam suam Diocesim instituit, visitationis scilicet & conceptionis: Carthusien. Monachos per Albertum in Monasterium Prüel introducos confirmauit, vnà cum exemptione, saluis iuribus Episcopalibus in exemptos, nec non censu 8. florenorum annuorum, ac Anniuersario in recompensationem. Obiit Anno 1507. in Castro suo Werd, & à Clero populoque Ratisbonensi in S. Petri Templo Ratisbonæ sepelitur, præsentante Duce Ioanne, illius Successore, postquam annos 15. præfuisset. Eius tumbe inscriptum est hoc Epitaphium: Anno Domini 1507. 19. Aprilis, obiit Reuerendissimus in Christo Pater, & Illustrissimus Princeps & Dominus, Dominus Rupertus, huius Ratisbonensis Ecclesiæ Episcopus, Comes Palatinus Rheni, Bauariæ Dux & Comes in Sponheim, hic sepultus, cuius anima in pace requiescat.

IOANNES, huius nominis tertius, Comes Palatinus Rheni, Bauariæ Dux, 49.
 Electoris Philippi filius, ex Canonico Parauienti fit Episcopus Ratisbonensis
 Anno 1507. circa festum Lucie Virginis & Martyris. Fuerat hætenus cum An-
 teceffore suo in Castro Werd in aduocati & coadiutoris locum acceptatus; post
 cuius obitum & in Episcopum electus, perpetuus administrator Ecclesie Ratis-
 bonensis factus est, laude dignus alioqui Princeps, nisi nimis ædificiis & stru-
 cturis Episcopatum attenuasset. Nam Castrum Werd magnis sumptibus re-
 staurauit, Turres, propugnacula, ac cellam vinariam amplissimam, durissimo
 saxo incisam ac fornicatam, fecit; nouæ illius habitationes in hunc vsque diem
 nondum absolutæ sunt.

Hic anno primo suæ gubernationis, conuocauit Clerum per totam suam
 Diocesim Ratisbonam, feria sexta ante Reminiscere, vt bono auspicio, quæ ad
 Clericatum pertinerent, primum deliberaret.

SED eodem anno Patrem suum Electorem Heidelbergæ amisit. Anno
 deinceps 1512. vsuram omninò prohibuit, ædita super hoc constitutione Syno-
 dali, quam paulò post à Leone decimo, Pont. Max. confirmatam obtinuit, vt
 tam Clerici quàm Laici à Iudæis & vsurariis tutiores essent.

PORRO, cum Anno 1414. Senatus Ratisbonen. Clero exactiorem quan-
 dam vellet imponere, & metuebatur id eos à Maximiliano impetrasse, Illustris-
 simus Princeps Ioannes, in propria persona Maximilianum Regem Romano-
 rum adiit, & conatum ciuium impediuit; & cum eodem anno à consulibus Ra-
 tisbonensib. D. Ioannes Zenger Canonicus Ratisbonen. captus & incarceratus
 esset, Episcopus omnia sacra per totam ciuitatem sustulit, donec prædictus Zen-
 ger liberaretur.

SUB hoc Episcopo, Anno 1519. Iudæi, Maximiliano Regem mortuo, Ratis-
 bona pulsi sunt. Hi longissimo tempore & vt ipsimet aliquando confessi, ali-
 quot annis ante natiuitatem Christi Ratisbonæ fuerant, Principibus Bauariæ
 præsertim in criminalibus subiecti, quibus protectionis nomine quotannis ali-
 quid pensabant, vulgò *die Judensteuer* / vnde Duces Bauariæ Iudæos ibi cameræ
 suæ seruos vocabant, *Jhregetrewe Raither knecht*: post mortem Ludouici Impera-
 toris in fraterna diuisione obuenerant Ducibus Straubingensibus, his deficienti-
 bus Ludouico Ingolstadtensi, hoc quoque capto, & absque liberis defuncto
 Heinrico Landtsuetenfi Duci, huius nepote Duce Georgio absque filiis mor-
 tuo, Maximilianus Cæsar propter expensas in bello Bauarico factas ratione præ-
 tensi interesse, Iudæos in suam tutelam accepit, Anno 1504. Cum autem ciui-
 bus Ratisbonensibus multas ob causas, præsertim vsuras, valde onerosi ac in-
 tolerabiles essent; Ideoque de eorum eiectione sæpe multumque cogitassent,
 oblata hac occasione vacantis per mortem Maximiliani Cæsaris Imperij, vnâ
 omnes expulerunt, in locum Synagogæ destructæ ligneam ædiculam in hono-
 rem beatæ Mariæ Virginis speciosam nuncupatam ædificârunt. Paulò post, eo-
 dem anno ac loco, Templum egregium lapideum, quod nunc Parochiam no-
 uam vocant, auspiciis Ioannis Episcopi ædificare ceperunt. Balthasarem Hueb-
 mair, pacimontanum Theologum, primum ibi Sacellæum instituerunt, qui
 diffamatus fuit homines fascinasse, vt longis itineribus quibuscunque negotiis
 occupati ex Urbibus, villis, ac ipso rure, quasi spiritu aliquo rapti veloci cursu
 Ratisbonam current, ac prædictam ligneam ædiculam, quasi mentis impo-
 tes visitarent. Defecit prædictus Huebmarus postea ad Anabaptistas, eorum
 Antesignanus factus, quam ob causam & alia sua malefacta Viennæ tandem me-
 ritas pœnas luit.

EVIX item sub hoc Episcopo Clerus à ciuibus Ratisbonensibus maximis
 onè-

neribus & difficultatibus pressus; durauerunt autem hæc onera, quæ paria Clerus cum ciuibus ferre coactus est, ab Anno 1525. vsq; ad Annum 1528. Quo circa festum Bartholomæi per Ferdinandi Romanorum Regis Commissarios, N. Dominum de Starnberg Austriacum Baronem, & Doctorem Beatum Widman, factum postea Cancellarium Oenipontanum hoc modo pristinae libertati restitutus & conciliatus est, vt vniuersus Clerus ciuibus Ratisbonen. pro defensione ac subleuatione ciuilium onerum, annuatim 200. aureos solueret vsq; ad determinationem Concilij generalis. &c. Hæc pensio postea sub Dauide Episcopo, per aliam transactionem omnino remissa est, &c. Inter cætera verò grauamina etiam hoc fuit, quod Anno 1525. 27. Maij, Consules omnium Ecclesiarum & Monasteriorum clenodia perlustrarent, eademque scripto consignarent: Quod videns Mauritius Fürst, Prior Prædicatorum, eodem Anno octaua Iulij, direpto Thesauro sui Monasterij, sumptaq; in consortem Priorissâ in Pectendorf, ad Lutheranos defecit. Hac re moti Consules, quicquid clenodiorum in illo Monasterio superfuera, 13. die eiusdem mensis ad sese transfulerunt, & ne postea aliquid simile fieret, etiam Franciscanorum & Augustinianorū clenodia in suam custodiam receperunt. Præfuit iste laudabilis Princeps annos 30. Obiit An. 1538. in die S. Blasij, sepultus est ante sacrarium cum aliis suis Antecessoribus sine Epitaphio.

51. **P**ANGRATIUS, huius nominis primus, post obitum Ioannis Administrationis, cum Canonici Ratisbonenses viderent, Cathedram à Principibus Palatinis aliquandiu occupatam fuisse, vt illam in libertatem suam vendicarent, vnum è corpore suo elegerunt, Pangratium Sinzenhouer, virum nobilem, Decanum & Custodem Ecclesiæ Ratisbonensis. Huius Episcopi electio publicata est 7. Calend. Maij Anno 1538. Idem Dominus Pangratus ante confirmationem institutus est in Administrationem rerum Episcopaliū, in die S. Petri ad uincula, quod Romanus Pontifex, Paulus tertius, bellis inter Carolum 5. & Franciscum Gallorum Regem sopiendis occupatus ægrè potuit adiri: Vnde Paulus iste Pontifex confirmationem petitam in sex menses distulit; interim administrationis iurisdictione electo Episcopo data; confirmatioque tandem obtenta, Anno 1539. atq; ita electus Episcopus consecratus est, Dominica decima tertia post octauas Pentecostes, quæ fuit Augusti dies vltima, idq; per Reuerendum in Christo patrem, Dominum Hieronymum Episcopum Chiemensem, cui assisterunt duo Suffraganei, Frisingensis & Ratisbonensis, cum multis Abbatibus infulatis, cum multis item legationibus Principum & Ducum Bauariæ. Fuit hic Pangratus staturæ mediocris, altero pede claudus, sed mente consilioq; promptus: sed incidit postea in insaniam, ex qua liberatus; nunquam tamen sibi rectè constitit, idq; putant factum ex amatorio poculo, ei in iuuentute propinato; aliqui vltionem diuinam fuisse existimauerunt, quod Episcopatum ambiisse diceretur; alij hoc ex melancholia illi contigisse, quam ex metu electionis suæ, per summum Pontificem cassandæ, quod quibusdam suis accidit prædecessoribus, conceperat. Vtcunq; sit, habuit sua dilucida interualla, ita vt consecrationem reciperet, aliquoties in Pontificalibus summa festa celebraret, Synodum pro petendo charitativo subsidio conuocaret, consultationibus præsideret: Ad extremum verò ita negligens factus est, vt nec Consiliarios, nec Officiales necessarios haberet, ita obliuiosus, vt, quod mane constituerat, vesperi id sibi displicere diceret, nec tamen coadiutorem admittere volebat; tandem & linguæ & pedum usu destitutus, sedebat tacitus, quocunq; loco collocabatur; atque ita mortuus est, 9. Calend. Augusti, in vigilia Iacobi Apostoli, anno decimo sui regiminis; sepultus est ad aram S. Andreæ, sub hoc Epitaphio: Anno 1548. 9. Calend.

lend. Augusti, obiit Reuerendissimus in Christo Pater & Dominus. Dominus Pangratus à Synzenhouen, Episcopus Ecclesie Ratisbonensis, cuius anima in pace requiescat. Sub hoc Episcopo, nempe Anno 1542. Ratisbonenses ciues confessionem Augustanam receperunt, accersito ex Norinberga Lutherano quodam prædicatore, cui Sacellum S. Mariæ speciosæ pro Teutonica Missa ibi celebranda ac concionibus tradiderunt. Cum autem illud, ob frequentem populi nouitatis & licentiæ auidi concursum, nimis angustum esset, occupauerunt mendicantium fratrum Monasteria, nimirum D. Francisci & D. Augustini, his fratribus cum sacris ac cæremoniis Catholicis intra Chori septa conclusis, &c. Quapropter Principes Bauariæ Wilhelmus & Ludouicus, omnibus suis subditis ingressum Urbis penitus prohibuerunt: Quod non tantum ciuibus, verum etiam Clero, propter penuriam victualium atq; præstationem annuorum reddituum perquam graue fuit; Episcopus ipse in Werd arcem suam concessit, donec Anno Domini 1546. in Comitibus, per Carolum quintum ibi habitis, Dux Wilhelmus suis subditis rursus liberum permitteret accessum, quo anno bellum illud, quod Smalkaldicum vocant, cœpit, &c.

GEORGIVS primus, Marſchalcus à Pappenheim, Canonicus Ratisbonensis, Decanus Aichstatis, electus est Episcopus, Anno 1548. octaua die mensis Augusti. Cæterum, quod electus Episcopus domum propriam Ratisbonæ non haberet, receptus est in aulam Episcopalem, sine rerum administratione tamen, tantisper, quousq; electionis confirmatio veniret Roma, id quod accidit post menses quinque, sub natalem Domini; in cuius vigilia Domino Georgio electo Episcopo tradita est possessio tam spiritualium quam temporalium, estque solenniter consecratus in Epiphania Domini, Anno 1550. à Suffraganeo Hildeshemenſi, Balthasaro Fanneman, astantibus item duobus Suffraganeis, Leonhardo Aichsterensi & Ioanne Ratisbonensi, cum sex Abbatibus infulatis.

Hic Episcopus, antequam confirmaretur, Synodum sub nomine Capituli Ratisbonensis conuocatam, ceu sede vacante celebrari fecit; in qua statuta Synodalia renouata sunt, & reformatio Cleri à statibus Ecclesiasticis nuper Augustæ accepta, publicata cum aliis, quæ ad mores & sanam doctrinam in Ecclesia conseruandam tum temporis facere videbantur.

CONSECRATIONE autem accepta, Episcopus ad religionem animum adiecit, Lutheranos ac Apostatas Sacerdotes è Ducatu Neuburgensi suæ Diocesis ad sese vocauit, qui iussu Præfecti Cæsarei, Georgij Zorn de Puelach (nam Cæsar Carolus quintus tunc temporis Neuburgen. Principatum tenebat) ad constitutum diem 14. Ianuarij, venientes Ratisbonam, satis beneuolè auditi sunt & amicè admoniti, vt ad vnitatem Ecclesie redirent; inter quos tamen pauci fuerunt sanabiles. Deinde cœtum suorum Abbatum, Prælatorum, Collegiorum & Decanorum ruralium ad 22. Ianuarij rursus euocauit, his de causis: Vt quandoquidem Synodus Metropolitana Salisburgæ celebranda esset, eligerent, quos secum eò mittere vellent: Deinde petit subsidium charitatum: Tertiò, vt in contributionibus Imperij sibi iuxta Augustanæ dietæ permissione subuenirent. Conclusum est ibi, quod Prælati suis sumptibus Abbatem Weltenburgensem Fabianum Episcopo adiungerent, quibus suas voces & suffragia cæteri permiserunt: In subsidium charitatum persoluendum ab omnibus est consensus: Ad contributionem verò Imperij ab aliquibus tantum, ac id certis terminis ac dilationibus. Sed Prælati per Boiariam constituti, pro lata inhibitione à Wilhelmo Duce Boariæ, se id spondere posse negarunt, nisi Episcopus Ratisbonensis apud Ducem Wilhelmum huius rei licentiam impetraret.

ANNO 1549. Senatores Ratisbonenses petierunt à Georgio Episcopo, quoni-

am Cæsareæ Maiestatis ac Statuum imperij permissione ac declaratione, quã interim vocant, vt constituissent, vt illis permitteret, Sacerdotes non ita pridem ab Episcopo propter religionem & officio ac beneficio suspensos reuocare, ac illorum opera vri: Quod cum Episcopus negaret, ciues Ratisbonen. nihilo secius in die Purificationis Deiparæ virginis, Teutonicam Missam & Adiaphorismum receperunt.

ANNO 1550. Episcopus Georgius disceptauit cum senatu Ratisbonensi, coram Imperatore Carolo 5. Augustæ Comitibus celebrante, propter grauamina & iniurias sibi in rebus tum sacris tum prophanis à ciuibus illatas: Quæ lis anno sequenti pro parte discussa est, ita vt in posterum Ratisbonenses ciues abstinerent à Templis Episcopi, nec priuata cœmiteria instituerent, & Monasteria hæcenus vsurpata Episcopo redderent; In prophanis vero rebus sententiam Cæsaream deinceps expectarent.

ANNO Domini 1552. in eo bello, quod Elector Saxonie vnã cum Marchione Brandenburgensi contra Carolum 5. Imperatorem gessere, Henricus Princeps de Pauen, nomine Ferdinandi Romanorum Regis Ratisbonam venit, præsidio militari muniendam: Cum autem ciues milites recipere nollent, nisi Episcopus permitteret eos etiam in Clericorum ædes locari, & Augustanam confessionem reducere, Episcopus ne videretur hostibus Urbem prodere velle, ad vtrumq; connixit. Inducti sunt ergo milites, sub Philippo Comite ab Eberstein, copiarum Duce in Urbem ac in ædes Clericorum, ab his sub nemine mutui sustentati, à quibus nihilominus grauissima quæq; sunt passi, atq; Lutheranismus ibidem publicè resumptus; vtrumq; Maio mense factum.

EODEM tempore, propter maiorem Urbis defensionem, atque ne hostibus vlla relinqueretur oppugnandi occasio, excisa sunt quædam Tempia, nempe S. Petri Scotorum extra Urbem, S. Albani & S. Ottonis intra, ad portam Westentbetpronnam, &c. & hoc tanta temeritate, vt Episcopus, quamuis amicus Vrbe excedere cogeretur. Sub hoc prætextu optabant quidam etiam suburbium vltra pontem penitus tolli ac dirui, nisi Albertus Dux Bavarie, ad quem pertinebat, hoc seuerè prohibuisset.

ANNO 1555. Georgius Episcopus, ex commissione Sanctissimi Domini Papæ, electum Salisburgensem Archiepiscopum Michaëlem consecrauit, in die Epiphania.

ANNO 1559. suam Diocesim, quantulamcunq; adhuc per Boiariam habebat obsequentem, visitari fecit, quod eam visitationem priori anno Metropolitanus & Pataviensis iam perfecerant: Sed & reformationem Cleri in Comitibus Augustanis eodem anno repetitam publicauit.

ANNO 1560. cum Georgius Episcopus iam senex crassi & obesi corporis domi sese ob imbecillitatem contineret, nec in Templum, nec ad publicam mensam prodiret, atq; ita securus res Ecclesiæ segnius curaret, Abbas S. Iacobi Ecclesiam Scotorum Parochialem S. Nicolai ciuibus vendidit, quam senatus Ratisbonensis solo æquauit.

GUARDIANVS Franciscanus ædificia sui Monasterij pleraq; demolitus est, magnis lapidum plaustris diuenditis. Idem fecit & Prior S. Augustini, qui profugus decimas & vineas à suo Monasterio abalienauit.

ANNO 1561. Georgio Episcopo ægrotante, ciues Ratisbonenses quoslibet Lutheranos, tam ex Archiepiscopatu Salzburgen. quàm Boiaria ac alibi pulsos in suam ciuitatem, tanquam ad commune Asylum confugientes, receperunt: qua de causa ciuitas hæc in structuris ædificiorum ac numero ciuium non parum cepit crescere ac locupletari.

ANNO 1562. Episcopus Cleri reformationem tam acriter executus est, vt

qual-

quasdam personas dignitate ac honore spoliare, vel etiam Vrbe exigeret.

ANNO 1563. in Dominica Lætare, cum ventus validus, tempore prædicationis pomeridianæ, Lutheranorum Templum S. Osvaldi disiecit, eosq; iterum illuc Dominica Quasimodo geniti ad concionem concurrentes, saxis delapsis, effugasset; ipsi die 10. Maij Monasterium S. Blasij Ordinis Prædicatorij occupantes, conclusis intra septa Chori Monachis, ipsam ædem maiorem pro suis concionatoribus vsurparunt, nolentibus, volentibus quibuscunque.

MOUIT hic Episcopus Ratisbonensis ciuibus litem, super reuocatione quorundam iurium suæ Ecclesiæ in ea Vrbe, cui cum se longissimæ ac vltra memorialis præscriptionis prætextu opponerent, Episcopus via iuris ac secundum decreta Imperij ipsos, coram suo priuilegiato iudice, nempe senatu Augustenfi proposita actione conuenit; In qua causa vsq; ad Annum 1571. processum, quo Anno sub Dauide Episcopo transactio facta, de qua infra latius dicitur.

EPISCOPVS ipse cum diuturno morbo conflictatus esset, tandem decimo die Decemb. defunctus est, sepultusq; in æde Dominica, prope aram S. Andrea, sub hoc Epitaphio: Reuerendissimus in Christo Ecclesiæ Ratisbonensis Episcopus Georgius, de nobilissima familia Marschalcorum in Pappenheim, obiit Anno 1563. die decima Decembris. Viuat Deo.

VITVS primus à Fraunberg, olim Præpositus Frisingensis & Pataviensis, 52.
 Canonicus Salisburgensis, Ratisbonensis & Augustanus, fit Episcopus, Anno 1563. 4. Calend. Ianuarij. Hic cum suos oratores Laicos, mense Ianuarij 1564. Anni, Romam cum electionis instrumento misisset, confirmationem ægrè obtinuit; siquidem Tridentinum Concilium nuper noua quædam decreta de electione Episcoporum fecerat: Cum igitur Romanus Pontifex Pius quartus Salisburgensium Archiepiscopo negotium dedisset, vt nouo examine instituto à Vito electo Episcopo fidei rationem reposceret, electus Ratisbonensis 13. Maij, Salisburgum profectus, ibi tantisper degit, donec veniente Roma confirmatione, à Ioanne Iacobo Archiepiscopo Salisburgensi Episcopus Ratisbonensis consecraretur 3. Nonas Nouembris, Anno 1564. aliquot Episcopis provincialibus tunc præsentibus.

INTERFUIT Synodo, quam conuocauit idem Metropolitanus Salisburgensis, Anno, 1565. mense Ianuario; vnde modum administrandi calicis Laico populo ex permissione summi Pontificis, in cuius arbitrium sacrum Tridentinum Concilium hoc posuerat, secum Ratisbonam attulit, moxq; suis conuocatis Parochis, eo modo Sacramentum Eucharistiæ petentibus dispensandum per suam Diocesim permisit; nempe, præuia confessione, ac sub Missa à Catholico Sacerdote iuxta ritum Rom. Ecclesiæ celebrata, & cum certa fide communionem quoq; illam vsitatam sub vnica specie, sanctam esse, & diuino mandato hæud repugnantem, &c. Quod in aliquibus locis ita ceptum quidem; postea autem grauib; de causis rursus per totam Bauariam ordinaria potestate abrogatum, ac vetus Catholice Ecclesiæ consuetudo vnus speciei rursus sibi asserta ac confirmata; ita vt, pro conseruanda concordia & vitandis pluribus inconuenientibus, in toto Ducatu Bauariæ, vnus atq; æqualis esset Sacramenti huius sicut & aliorum vsus, &c.

INTERFUIT idem Comitibus imperialibus Augustæ, An. 1566. 22. die Martij, ex quibus domum reuersus, æstatem in raro, difficili ac sumptuoso, vtili tamen ac necessario opere, viui scilicet in præaltam, præruptamq; Arcem Werd deducti fontis consumpsit, & dū sub hyemen febris, vt putabatur, paulatim decumberet, Obiit 21. Ianuarij, Anno 1567. sepultus est ad latus Antecessoris sui, Georgij Episcopi.

53. **D**AVID Köldrer, Decanus, Canonicus & Custos Ecclesie Ratisbonensis, Deligitur Episcopus, ad 8. Idus Februarij. Hic ad Dominicam Exaudi, quæ fuit 11. Maij, Anno 1567, Salisburgum iuit, examen Episcoporum electorum, in Concilio Tridentino præscriptum, vnâ cum confessione fidei apud Metropolitanum subiturus; ibi consultum videbatur, vt etiam Casaræ Maiestatis patrocinium conquireret, eò quòd Pius 7. cunctantior diceretur in electione Pastorũ confirmanda. Id quod & factum est, vt electus post biennium 8. Idus Martij confirmaretur, & confirmationis literæ 13. Maij Roma Ratisbonam venirent.

SUPRÀ DICTVM est, hunc Episcopum Dauidem transegisse cum senatu Ratisbonensi super iuribus quibusdam Ecclesie sue, in ea Vrbe, ac lite desuper mota; quod vt clariùs fiat, operæ precium putauit, venerandæ antiquitatis ergò, hoc altius repetere. Habuerant namque Episcopi ab antiquissimis temporibus iurisdictionem, ac alia quædam iura ibi, quæ ab Imperio in feudum tenebant, nempe *das Brobstgerichte* / alias *Vogt oder Thumbgerichte* vocatum, tam in ciuilibus, quàm criminalibus causis. Præpositus siue Iudex, cum suis assessoribus ex ciuibus assumebatur, stipendia à ciuibus mechanicis, Iudæis ac alijs habebant, pro tribunali sub Cælo sedebant, patibulum proprium ac ianuam in ponte lapideo habebant; vnde condemnati in Danubium mergendi mittebantur. Huic autem iudicio non omnes, sed ceteræ solùm personæ subiectæ erant, scilicet subditi Ratisbonensis, Salisburgensis, Aichstereusis, Frisingensis, Bambergensis, Ecclesiarum; pariter subditi ac coloni omnium Monasteriorum Ratisbonensium atque aliorum vicinorum, | Ror, Paring S. Magni, Priuaning, Pruel, &c. Item omnes Parochiani S. Haymerani, Item omnes subditi Nobilium, Hofer ac Avver, Item omnes habitantes in superiori ac inferiori Werd, in Kumpfmül & Prepron, Item censuales S. Petri Augustæ, *auff dem Verlach* / cum quibusdam alijs Ratisbonæ contrahentibus, aut delinquentibus.

HABVERUNT etiam Duces Bauariæ ibidem quædam iura ac iurisdictionem. Nam Ratisbona veterum Regum ac Ducum Bauariæ Regia ac Ducalis fuit sedes, quæ propter frequentes mutationes huius Principatus, tandem per Fredericum primum, ab imperio Ducum exempta ac Romanorum imperio, vt & ceteræ imperiales Vrbes, subdita facta est; reseruatæ tamen aliquibus iuribus, iudicijs & superioritatibus, nempe sculteti, pacis, ac camera, vnâ cum moneta ac teloneo, vulgariter *das Schultheiß Ampt / Friedgerichte / vnd Kammer ampt / die Münz / Zoll / vnd Meut.* Hinc inter Episcopos ac Duces Bauariæ multæ dissensiones cum ortæ, vt testantur diplomata concordie, inter Conradum Episcopum & Ludouicum Ducem Bauariæ confirmata per Philippum Romanorum Regem, de Anno Domini 1205. & 1213. quorum copia antiquitatis gratia in fine annexa sunt litera L. M. N. vbi sunt ista verba Philippi Regis: Cum Ratisbonensis Episcopus cum Ducatu Bauariæ ab imperio monetam, telonea, & quædam iudicia habeat communia, super quibus dissensiones & bellorum asperitates frequenter exurgere consueuissent, &c. Postea Ludouicus Dux Bauariæ, superioris Ludouici Nepos, Pater Ludouici Imperatoris. Heinrico Episcopo Ratisbonensi prædicta tria officia cum suis pertinentijs pro debito, quo illi propter emptionem Comitatus Roteneck adhuc tenebatur, scilicet 150. libris denariorum Ratisbonensium, cum pacto reuicitionis oppignorauit. atque per hoc vnita sunt iudicia illa, Anno 1279. extat copia in fine litera Q. Paucis post annis Ioannes Episcopus eadem officia, quæ ipsi à Ducibus Bauariæ oppignorata erant, vnâ cum Teloneo minore, ac libra, qua grauiores merces ponderantur, ac omnibus eorundem pertinentijs, Item *die Salzschub / in dem Durckfeldt gelegen* / ciuitati Ratisbonensi pro 2300. Vngaricis ac Bohemicis aureis,

reis, cum pacto deretrouendendo post 20. annos, diftraxit, Anno 1388. nulla facta mentione Ducum Bauariæ. Ratisbonenses antea quoq; nempe 1374. à Nobilibus Avveris de Prenberg Teloneum maius ac minus in vrbe cum consensu Episcopi emerant, quod Fridericus Episcopus duobus fratribus, Friderico & Johanni Avveris de Prennberg, ad dies vitæ ipsorum oppignorauerat.

ITA hæc iura Ducum Bauariæ primùm in manus Episcopi; ab illo verò in potestatem Senatus venere, postremò Albertus Dux Bauariæ Anno 1496. per quandam transactionem, & quòd illi ius suum in Castro ac Dominio Stauff Dahnubiano, quod pariter ab Episcopo oppignoratum habebant, cederent, sæpè dicta officia, merum ac mixtum imperium cum suis pertinentiis ac proventibus, ciuibus pro certa pecuniarum summa liberè tradidit, ac omni iuri suo renunciavit; excepto Banno sanguinis, quem etiam in hodiernum diem quilibet Ratisbonè. Scultetus à Ducibus Bauariæ in feudum accipit, sine quo in malefactores poena capitali animaduertere non potest. Retinuerunt quoque Duces Teloneum seu Mutam.

CUM itaq; Ratisbonenses iudicia sæpè dicta tanto tempore tenerent, ac plaràsque causas ad suum tribunal pertraherent, multæ ac variæ lites inter Episcopos ac Urbem exortæ. Hinc factum, vt Episcopi iudicium, de quo supra, aliquando suspenderetur, præsertim per Albertum Ducem eo tempore, quò Ratisbonam occupauerat, Anno 1495. verum postea mandato Cæsareæ Maiestatis, vnà cum vrbe restitutum vsq; ad Annũ 1550. Quo Episcopus Georgius quendam ex ciuibus Iudicem constituit, quem ipsi propterea, quòd ei ante hoc ciuitas interdicta fuerat, recipere recusârunt, hinc iudiciũ rursus suspensum. Episcopus tam ob hanc causam, quàm etiam propter reuocacionem aliorum iudiciorum ac iurium ipsis oppignoratorum, Item propter alia quædam grauamina, Ratisbonenses coram senatu Augustano, illorum priuilegiato iudice iudicialiter conuenit; in qua causa paulatim vsq; ad Annum Domini 1571. processum, ciuib. longissimi temporis perscriptio, nec non Titulum emptionis Alberti Ducis: ac alia prætendētibus, lis valde dubia ac perplexa facta, cū quæ cuiusq; officij ac iudicij pertinentia essent, non facile amplius discerni possiet. Constituerunt igitur Augustenses litem hanc inter partes amicabiliter componere, ac dicta partibus comparentibus Augustæ transactio facta est, Episcopus renunciauit sæpè dictis iudiciis ac iuribus; è contra renouata ac confirmata sunt cætera priuilegia ac imtaunitates veteres tam Ecclesiæ Cathedralis, quàm totius Cleri ibi, remissaq; illa pensio 200. florenorum, quam Clerus ab Anno 1528. per transactionem, vt supra annotatum est, quotannis ciuibus persoluebat, vnà cum quibusdam aliis Capitulis illius transactionis, qua Episcopus consensu sui Capituli, consilio quoq; Metropolitanæ ac Alberti Ducis Bauariæ, quorũ Legati huic tractatui Augustæ interfuerant, ratam ac gratam habuit. Hoc modo iudicia ac officia illa in Ratisbonenses sunt translata ac inter partes concordia facta.

EPISCOPVS hic Dauid maximos sumptus fecit in renouanda Curia, seu domo Episcopali, in ciuitate Ratisbonensi, ac hoc vt putatur, præcipuè in gratiam Maximiliani Cæsaris, qui tam in Conuentu electorum Principum, cùm Rudolphum filium suum Anno 1575. Rom. Regem faceret, quàm anno sequenti in Comitibus Imperij, cedente Episcopo, ibi diuertit: In eademq; sub finè Comitiorum, eò ipso die ac hora, sub qua Rudolpho Rom. Rege præsentè, corã Statibus Imperij recessus perlectus est, diem supr. obiit. Sunt non pauci, qui putarunt has tam magnas impensas pro vtilitate Ecclesiæ, in refectionem Castri Hohenburgensis in Norico, præ vetustate penè collapsi, aut structuræ Arcis Werdensis non planè absolutæ, aut insolucionem debitorum, aut redemptionem

nem oppignoratorum bonorum melius potuisse collocari. Obiit autem David Episcopus Ratisbonæ, die Augusti Anno Domini 1579. sepultus ibidem in summo Templo.

Post mortem eius, Canonici dubij quid sub tam graui onere debitorum, tanta rerum præsertim religionis perturbatione, Cleri ac bonorum Ecclesiæ vicina oppressione facerent, aut quò se verterent; visum est quibusdam, ac posterioribus consultum, pro religione Catholica conseruanda, ac pro re Episcopatus fore, talem ac de tali familia Pontificem eligere, cuius prudentia ac potentia hisce ac maioribus imminentibus malis obuiari ac mederi posset. Itaque ex familia Ducum Bauariæ Philippum secundò genitum Wilhelmi, nepotem Alberti Ducis Catholicorum, prudentissimorum, ac potentissimorum Principum postularunt. Quæ postulatio ab Auo ac Patre primùm ægrè suscepta, postea tum pro vtilitate peruerteris desolati Episcopatus, præsertim pro conseruanda ac augenda Catholica religione, pro reformandis Cleri corruptis moribus, ac diluendo graui ære alieno, dum Ecclesia illa aliquot annis, donec postulatus adolesceret, à maioribus impensis vacaret, ac respirare posset, eam pio zelo acceptarunt: quam etiam iisdem de causis Gregorius 13. Summus Pontifex benignè confirmauit, destinato administratore ibi Reuerendissimo Domino Fœliciano, Episcopo Scalensi, suæ sanctitatis Nuncio, viro docto, pio ac rerum Germanicarum experto, vtputa qui per 20. plus minus annos in Germania Salisburgæ versatus est, adiuncto illi per Wilhelmum Ducem Nobili ac optimo Viro, Wilhelmo Schlüderer, in secularibus negocijs & consilijs locum tenente. Omnipotens Deus faciat, vt is effectus sequatur; quem omnes boni, ac pij optant, ac tam Ratisbonæ quàm Catholicæ Ecclesiæ ac religionis summa necessitas postulare videtur. Amen.

CARO.



CAROLVS, gratia Dei, Rex Francorum & Longobardorum, & Patritius Romanorum, Quidquid ob amorem Dei locis Sanctorum venerabilium, beneuola deliberatione dedimus vel condonamus, hoc nobis ad æternæ remunerationis præmia capessenda profuturum liquidò credimus. Quoniam hoc procul dubio ad saluationem corporis & animæ nostræ fore creditur, vt hi, qui in laude Dei sunt, sine querela persistent, & exinde sæpius & deuotius in nostra mancant memoria. Igitur notum sit omnibus Successoribus nostris, & fidelibus sancte Dei Ecclesiæ, præsentibus & futuris, qualiter nos, propter nomen Domini & æternam remunerationem, seu pro oportunitate dilectissimi filij nostri Ludouici Regis, absque omnium hominum contradictione confirmamus, Ecclesiam Dei liberam esse, & in potestate Imperatorum siue Regum, vsque in æuum permanere, quæ est constructa in honore Domini nostri Iesu Christi, & Matris eius Mariæ, & Principis Apostolorum Petri, & sancti Georgij Martyris, & pretiosi Dei Martyris Emmerani, atque Pontificis Aquitaniæ, iuxta muros ciuitatis nostræ Regensburgk, vbi venerabile corpus eius, miraculis declarantibus, requiescere comprobatur, & Rectorem eiusdem Cœnobij, eiusque Successores, vnoquoque anno 7. aureos Romam ad altare sancti Petri persoluere. Proinde nouerit omnium Christi nostrique fidelium vniuersitas, omnia, quæ à patre meo, Pipino Rege, & ab Antecessoribus meis, vbi cunq; locorum hæcenus tradita sunt & collata, per hanc nostram auctoritatem perennibus temporibus, ea videlicet ratione confirmamus, vt neque Dux, neque Episcopus eiusdem loci, aliquam potestatem habeant, prænominata bona præfata Ecclesiæ auferre, vel abalienare: Sed Rector eiusdem loci, siue Successores habeant potestatem, quicquid eis placuerit faciendi, ad vtilitatem tantummodò Monachorum, sub sancto ordine consistentium. Et, vt hæc auctoritas firmior habeatur, & diuturnis temporibus, Domino auxiliante, melius conseruetur, manu propria subter confirmauimus, & de annulo nostro sigillari iussimus.

Nunc verò & Summi Pontificis, Leonis tertij, concessionem subscribamus:

IN NOMINE Domini nostri IESU CHRISTI, Leo Papa, agnitum esse volumus cunctis Christianæ Religionis fidelibus, tam præsentibus, quàm & futuris, qualiter Christianissimus Imperator & Augustus, nomine Carolus, Deo aspirante, Christum hæreditatis suæ desiderans fieri possessorem, quoddam Monasterium, iuxta muros Tiburniæ ciuitatis, quæ à Tiberio Cæsare Augusto ædificata est, quæ modo vulgò appellata est Regina spurch, quod est constructum in honore sanctæ Mariæ, Matris Domini nostri IESU CHRISTI, & Principis Apostolorum Petri, & S. Georgij Martyris, vbi præclarissimus Martyr, & Episcopus Pictaviæ, corpore requiescit Emmeranus, in nostram immunitatem, Successorumque nostrorum gratia defensionis transfudit. Et nos continuo pro Christi amore, gratuita mente petitioni eius pie annuentes, decreuimus ita fieri, & iussimus hanc chartam auctoritatis nostræ inde conscribi. Et Episcopus eiusdem ciuitatis tertius, nomine Adalvvinus, iuxta Decreta Canonum, & cum nostra auctoritate, in præsentia piissimi Imperatoris Caroli, recta ratione, in Synodali Concilio cum iudicio Episcoporum, Clericorum, nec non Nobilium Laicorum, de eodem loco Cathedram Pontificalem murauit, & Canonica auctoritate, in ciuitatem, in Ecclesiam S. Stephani Prothomartyris statuit, & suæ Successorumque suorum proprietati ac potestati, deinceps in futurum abalienauit. Econtra autem dictus Christianissimus Imperator dedit ad illum locum, vbi modò sedes Episcopalis est, à parte meridiana ipsius Monasterij perticos.

2. Wein-
tingen

ricos decem pedes XLI. CC. & in alia parte C. in longitudine CCVII. Et Ecclesiam S. Petri, & Ecclesiam S. Pauli, iuxta muros prædictæ ciuitatis, & Wunningen, & Egilolfesheim, & Ecclesiam Nababurek, quæ vocatur Bersana, & confirmauit Monasterium pretiosi Dei Martyris Emmerani, in potestate Imperatorum siue Regum, vsque in ætuum permanere. Et ita confirmauit, vt Abbas & Rector eiusdem Cœnobij, vnoquoque anno 7. aureos, Romam ad altare sancti Petri persolueret. Hæc mutatio & confirmatio fuit Anno ab incarnatione Domini DCC. XCVIII. auctoritatis nostræ; ita vt si quis Imperator, aut Rex eandem Ecclesiam tam sanctam alicui præster, anathema sit. Congregatio autem Monasterij liberam habeat potestatem, & electionem Abbatis, iuxta decretum sancti Benedicti, sine omnium contradictione substituendi, & præfatum Monasterium cum Monachis, & omnibus ibidem in præsens collatis, vel in posterum conferendis, in nostram Successorumq; nostrorum immunitatem recepimus foeliciter. Amen.

C. IN NOMINE Domini nostri IESV CHRISTI, Dei omnipotentis, Ludouicus, diuina fauente gratia Rex. Oportet igitur nos, qui diuina sumus gratia quodammodo cæteris mortalibus sublimati, eius in omnibus parere præceptis, cuius clementia existimus prælati, atque cuius præcellimus munere, loca vti que ipsius sibi dicata ante omnia nostris rebus sublimare, atque dilatare. Quoniam hoc procul dubio ad saluationem corporis & animæ nostræ fore creditur. Idcirco oportet nos ob amorem Domini nostri IESV CHRISTI, & matris eius Mariæ, inuidiam destruere malignorum spirituum & hominum, quam nolimus manere, quæ est in Ratisbona ciuitate, inter Ecclesiam sancti Stephani Prothomartyris, vbi modò sedes est Episcopalis, & inter Ecclesiam sancti Emmerani pretiosi Martyris, iuxta muros eiusdem ciuitatis, vbi Cathedra erat Pontificis, vsque dum pater meus Carolus Magnus, Anno ab incarnatione Domini DCC. XCVIII. cum auctoritate Leonis Papæ destruxit, & cum consensu Adalvini Episcopi eiusdem ciuitatis, in ciuitatem statuit, & confirmauit Ecclesiam pretiosi Martyris Emmerani recta ratione, ad potestatem Imperatorum siue Regum pertinere, & Rectorem eiusdem Cœnobij, vnoquoq; anno Romam persolueret 7. aureos, ad altare sancti Petri. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum solertia, quòd nos confirmamus eandem Ecclesiam, cum auctoritate Eugenij Papæ, absque omnium hominum contradictione, omni tempore permanere in regimine Imperatorum siue Regum. Et eundem censum ad Romam dare, ea videlicet ratione confirmamus, vt neq; Dux, neq; Episcopus, vllam potestatem habeant intus aut foris: Sed totum, quod ad eandem Ecclesiam pertinet, in ius & donationem sancti Emmerani Martyris, prouisorumq; eius, tradimus atque transfundimus. Et per hoc nostræ auctoritatis præceptum, plenius in Dei nomine confirmatum, nullo inquietante, sed Deo auxiliante, ad seruitium sanctæ Mariæ, & sancti Petri, sanctiq; Emmerani Martyris, Monachorumq; eius, qui ibidem Domino famulantur, omni tempore, absq; vllius contradicentis obstaculo, tradita & confirmata permaneant. Et, vt hæc auctoritas confirmationis nostræ firmior habeatur, & per futura tempora melius conseruetur, cum sigillo Papæ, & de annulo nostro libenter iussimus sigillari.

D. IN NOMINE Domini nostri IESV CHRISTI, Dei omnipotentis, Ludouicus diuina largiente gratia Rex Boiariorum. Si petitionibus fidelium nostrorum, quas auribus nostris insinuauerint, libenter annuimus, & eas in Dei nomine ad effectum perducimus, & Regium morem decenter implemus, & illos in nostro seruitio promptiores reddimus: Idcirco comperiat industria atq; utilitas omni-
um

omnium fidelium nostrorum, presentium scilicet & futurorum. Quia Erchanfridus, Diaconus & Capellanus noster, nec non propinquus suus Baturicus, obtulerunt obtutibus nostris quandam chartam prestatiam; in qua continebatur, qualiter Baturicus Episcopus prestitisset eis, ad usum meritum, quasdam res ex ratione Monasterij sui sancti Emmerani, quas olim idem Erchanfridus, ex suo proprio eidem largitatis munere contulerat Monasterio, nec non & alias ex ratione eiusdem Monasterij, eis ad usum meritum diebus vite eorum concessisset. Quæ sunt vtræque res in villa, quæ dicitur Hroochinga, quæ alio nomine Polinchoua vocatur, & in alio loco, quæ dicitur Buochusa, cum mancipiis, casis, domibus, ædificiis, terris, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarumque decursibus, cum omnibus, quæ in prædictis locis, tam ex prædicti Erchanfridi donatione, quomodo- docunque, & ex ratione eiusdem Monasterij habere videbatur, nec non & in alio loco, qui dicitur Alinchoba, Hobam vnam, & in Cailonespach Hobam vnam. Et depreceatus est excellentiam nostram, ut super hanc prestatiam, confirmationis nostræ preceptum fieri iuberemus, per quod diebus vite eorum, firmius & quietius, absque alicuius contrarietate, ipsas res tenere & possidere valerent. Quorum petitionibus libenter annuimus, & hanc auctoritatem confirmationis nostræ eis fieri iussimus, per quam præcipimus & iubemus, ut diebus vite eorum ipsas res teneant & possideant. Et nullus quilibet Ecclesiastica dignitatis præditus, aut alius quilibet eis, de ipsis rebus, vllam inquietudinem, aut contrarietatem facere præsumat: Sed liceat illis, sicut diximus, diebus vite eorum vsu fructuario ordine tenere & possidere, & post eorum amborum discessum, cum integritate, in potestatem & dominationem prædicti Monasterij reuertantur. Hæc verò auctoritas præceptionis nostræ, ut firmior habeatur, & à fidelibus nostris melius conferuetur, annuli nostri impressione subter iussimus assignare.

AD ALLEODVS Diaconus, ad vicem Gauzaldi recognoui. Data 15. Calend. Septembris, Anno Christo propicio 18. Imperij Domini Hludouici, Serenissimi Aug. & Anno 6. Regni nostri, Indictione 9. Actum Reginesburgch, in Palatio nostro, in Dei nomine feliciter Amen.

IN NOMINE Dei, sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Arnolphus diuina fauente gratia, Imperator Augustus. Si igitur his, qui sub obtentu sacre religionis iugiter diuinis mancipiantur officiis, aures Serenitatis nostræ benigno fauore accommodamus, eorum affectui satisfaciendo, liquidò credimus eos promptiores in sustentatione nostri sacri Imperij, & deuotiores in orationis constantiæ statu permanere pro nobis, atque à remuneratore omnium bonorum diuinis nos remunerari præmiis. Quapropter omnium fidelium nostrorum, presentium scilicet & futurorum cognoscat industria, qualiter nos, pro absolutione diuinæ recordationis Antecessorum nostrorum, Augustissimorum scilicet Imperatorum, & pro remedio animæ nostræ & corporis saluatione, & pro remedio filij nostri Ludouici, atque interuentu etiam dilectæ Coniugis nostræ Vtæ, volumus amplificare & augere ciuitatem nostram, quæ vocatur Ratisbona, ob amorem scilicet & honorem Patroni nostri, & pretiosi Dei Martyris Emmerani, & eandem ciuitatem, totam nouiter factam, cum 40. vineis in monte, qui est in ripa Danubij, iuxta eandem ciuitatem, tradimus nullo contradicente vel inquietante, pretioso Martyri Emmerano, & glorioso sancto Martyri, cuius nomen in libro vite cælestis ascriptum est. Proinde omnium Successorum nostrorum magnitudo cognoscat. Postquam Patruus meus, Carolus Imperator, pro petitione heu tam venerabilis Episcopi Embrichonis prænominatam Ecclesiam præstauit, nunquam postea habuit victoriam, neque corporis & ani-

mae sanitate vsque ad finem vite suae. Quapropter omnium sanctae Dei Ecclesiae fidelium, solertia cognoscat, quod nos eundem censum, de praedicto Monasterio, quem CAROLVS Magnus dedit LEONI Papae, Successoribusque eius, & Abauis eius EVGENIO Papae, & Auis pius LVDVICVS NICOLAO Papae ad Romam, ad Altare sancti PETRI, stabilem sancimus, in praesentia Domini & venerabilis Papae FORMOSI, & eandem Ecclesiam confirmamus in potestate IMPERATORVM siue REGVM, sine vllius malevolentis minutione, vsque in aeuum permanere, & cum eius Benedictione, & Consecratione & Confirmatione. Ita confirmamus, vt si quis Imperator aut Rex eandem Ecclesiam alicui praestet, in maledictione sanctae Mariae, sanctique Petri, Successorumque eius, & omnium sanctorum persistat, vsque dum ea traditione respiscat. Et, vt hoc Imperiale autoritatis nostrae praecipuum firmiter habeatur, & in posterum verius credatur, hanc chartam conscribi iussimus, cum sigillo Papae, annulique nostri impressione assignatam, manu nostra subtus roborauimus.

E. IN NOMINE, sanctae & indiuiduae Trinitatis. Oreo diuina fauente clementia, Imperator Augustus. Si fidelium ac seruorum Dei nobis fideliter ac deuote famulantium petitiones dum aobis pro suis & nostris utilitatibus ac necessitatibus innotuerint, ad effectum perducimus, non solum Antecessorum nostrorum, Regum atque Imperatorum imitando consuetudinem; verum etiam ad beatae & aeternae remunerationis mercedem talia nobis facta profutura liquido credimus. Quapropter omnium sanctae Dei Ecclesiae fidelium nostrorumque tam praesentium, quam futurorum cognoscat industria. Quando Antecessor noster, Carolus Magnus, pro aeternae mercedis augmento, quoddam Monasterium in Ratisbona ciuitate, quod est constructum in honore sanctae Mariae matris Domini, & Principis Apostolorum Petri, & pretiosi Dei Martyris Emmerani, vbi venerabile corpus eius quiescit humatum, & cum eo corpora, & multa reliquia Sanctorum sunt locatae, recta ratione, fideliter in suam & Successorum suorum potestatem recepit. Proinde ipse cum autoritate Leonis Papae, filiusque eius Ludouicus, cum Eugenio Papa, & Pius Ludouicus Rex, cum Nicolao Papa, & Arnolphus Rex cum Formoso Papa, confirmauerunt, de praedicto Monasterio, vnoquoque anno 7. aureos persolui, ad altare sancti Petri. Idcirco cunctorum S. Dei Ecclesiae fidelium, praesentis scilicet, atque futuri manifestetur Collegio, quod nos, per interuentum dulcissimi fratris nostri Henrici Ducis Boiariorum eundem locum, in Synodali Concilio, ante altare Principis Apostolorum Petri, in praesentia Domini, & venerabilis Papae Ioannis, & in praesentia Episcoporum C. XVII. confirmamus in potestate Imperatorum, siue Regum, vsque in aeuum permanere, propter improbitatem Episcoporum eiusdem ciuitatis. Quia non omnes, sed multi ex eis semper insidiosè contendebant, contra eundem sanctum locum. Propterea volumus ob amorem & honorem sancti Petri, de praedicto Monasterio censum augeri, vt Rectores eiusdem Cœnobij pro defensione & pro libertate eiusdem loci, vnoquoque anno offerant Romae dimidiam libram cocti auri, ad altare sancti Petri. Et ita confirmamus eum autoritate Papae & Episcoporum (qui sunt post Italicos & Gallicos) Moguntinus, Magdaburgensis, Wormatiensis, Constantiensis, Wirziburgensis, Rubilocensis, Augustensis, Halberstatis, Spirensis, Curienensis, Coloniensis, Leodiensis, Traiectensis, Mindensis, Hofenpurgkensis, Treuirensis, Metensis, Citienensis, Verdonensis, Tullensis, Iuuuuiensis, Patauensis, Frisingensis, Brixinensis, Bragenensis, Ratisbonensis. Vt, si quis Imperator aut Rex eandem Ecclesiam tam sanctam alicui praestet, sit anathema maranatha, id est, perditio in Aduentu Domini, & in ea maledictione persistat, quam sanctus Formosus Papa super

super eum confirmavit, vsque dum respiscat. Et præfatum Monasterium cū Monachis, & omnibus ibidem in præsens collatis, vel in posterum conferendis, in immunitatem Papæ, & in nostram recipimus. Et vt hæc autoritas confirmationis nostræ firmior habeatur, & per futura tempora diligentius obseruetur; manu propria nostra eam confirmauimus, annuliq; nostri impressione muniri præcipientes.

IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuina fauente clementia Rex. Nouerit omnium fidelium nostrorum præsentium, nec & futurorum solertia, quod nos interuentionibus Henrici nostri dilecti Germani obtemperantes, quasdam res iuris nostri, pro remedio animæ nostræ, ad Ecclesiam beati Petri Principis Apostolorum, sancti quoque Emmerani Martyris Christi, vbi venerabilis Episcopus sanctæ Radasponensis Ecclesiæ, Michael nomine, præesse dignoscitur, in proprium concessimus, id est, in villa Nuichinga, in pago Hertinga: in Comitatu Eberhardi Comitis curtem regalem, id est, cum omnibus appendiciis & adiacentiis suis, iuste, legitimeque illuc pertinentibus, iure perenni in proprium, curtilibus, mancipiis vtriusque sexus, ædificiis, agris, pratis, pascuis, syluis, aquis, piscationibus, mansionariis, Barscalkis, aureariis, Brunariis, cidelariis, molendinis, viis & inuis, exitibus ac redditibus, quæsitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus: Insuper etiam dedimus ad supra dictam Ecclesiam sanctorum Petri Apostoli, Emmeraniq; Martyris, curtem Regiam, id est, in villa Helfendorff sitam, in Frieromarca, in Comitatu Piligrimi Comitatis, & Sigehardi in Sueideseo & Kadalhoi Yfinachgouue, cum omnibus iuste illuc pertinentibus rebus, curtilibus, mancipiis vtriusque sexus, ædificiis, agris, pratis, pascuis, syluis, forestis, forestariisque cum nostro Regio banno, cæterisque omnibus commoditatibus, cidelariis, mansionariis, Barscalkis, molendinis, piscationibus, venationibus, viis & inuis, exitibus ac redditibus, quæsitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus. Iussimus quoque inde hoc præsens præceptum conscribi manu propria firmatum, annuliq; nostri impressione insignitum.

Signum Domini Ottonis inuictissimi Regis.

BRVN, CANCELLARIVS ad vicem Herolti Archicapellani recognouit. Data XVII. Calendas Augusti, Anno Domini DCCCC. L. Indictione VII. regnante Serenissimo Rege Ottone, anno XV. Actum Beheim, suburbio Naumburg, in Domino feliciter, Amen.

IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Conradus Dei gratia, Eccl. H. clesiæ Ratisbonensis Episcopus. Omnibus in perpetuum, vbicunque ab Episcopis ad honorem Dei aliqua ordinantur, ne in obliuionem veniant huiusmodi ordinationes, necessarium est eas scripturæ testimonio confirmari. Nouerint igitur vniuersi præsentem paginam inspecturi, quod nos hospitale sancti Ioannis nostræ ciuitatis, in portis pede situm, ordinamus, & esse volumus semper in potestate Dominorum nostrorum de Choro Canonicorum; Ita tamen quod principalem in eo semper potestatem habeat quilibet Successor noster Episcopus Ratisbonensis. Statuimus præterea, quod semper respectus habeatur dispensationum circa idem hospitale ad pauperes, per quatuor Canonicos maioris Ecclesiæ, & totidem Laicos, Canonicos maiorem Præpositum, maiorem Decanum, Custodem, & maiorem Plebanum, quicumque fuerint pro tempore in eisdem officiis substituti; Laicos verò ad præsens ibi ordinamus Dominum Gozvyinum iuxta portam, Ainvicum & Vtonem in foro Burgen-
ses

ses, Havvardum Castener. Et si contingat vnum eorundem decedere, septem residui octauum, de communi consensu sibi eligant adiutorem.

STATVIMVS etiam, quòd idem hospitale à Dominio Canoniorum maioris Ecclesiæ nunquam alienetur, sed semper ad eam spectet, & pascantur ibi semper ad minus centum pauperes, exceptis his, qui officiis præsumt. Si autem contingat locum in diuitiis augmentari, augmentetur & numerus pauperum in eodem loco, iuxta discretionem personarum, ad quas respicit idem locus. Volumus quoque ad abundantem cautelam, vt ipsum hospitale pari modo sit sub Dominio Ratisbonensium Burgenfium, ita vt semper dicatur, hospitale Ratisbonensium ciuium; vt si quisquam illud alienare vellet ab Ecclesiâ Ratisbonen, omnes potestatem habeant contradicendi.

VT AVTEM hæc constitutio nostra firma esse debeat, nec ab aliquo Successore nostro, aliâue persona possit in irritum reuocari, præsentem paginam nostri appositione sigilli & Chori maioris Ecclesiæ, ac ciuium sigillis, testiumq; subscriptione, duximus confirmandam: Testes sunt Gotfridus maior Præpositus, Magister Rubertus, maior Decanus, Vlricus de Werde, Archidiaconus, Vlricus Vicedominus, Hermannus Scholasticus, Gelphradus Gosvvinus iuxta portam, & Wernto filius suus, Otto de Keuering, Lvvipoldus Pragare, Gozvvinus ~~sey~~ ~~der Were~~ Karulus Grans, Karulus Telonarius, Engelbertus Ruffe, Hauuardus Kastnere, Fridericus Cellerarius, Eberhardus de Schonache, & alij quàm plures. Acta sunt hæc, Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi, M. CC. XXVI. Indictione XIV. Ratisbonæ.

CONRADVS, Diui Augusti Imperatoris Friderici secundi filius, Dei gratia Romanorum in Regem electus, semper Augustus, & heres Regni Hierusalem. Regale fastigium toties læditur, quoties in defectu clementiæ reperitur, & quanto benignius compassionibus pietatis immergitur, tanto gloriosius exaltatur. Clementer igitur lachrymis & deuotis supplicationibus quorundam Monachorum Monasterij sancti Emmerani in Ratisbona (in cuius more progenitorum nostrorum hospitati hospitio nefandum consilium, & detestabile homicidium personæ nostræ, per Albertum, qui se dicit Ratisbonensem Episcopum, & Chuonradum de Hohenfels furtiuum & nocturnum aggressorem, ad excogitatam necem nostræ corporis, exitit procuratum) misericorditer inclinati, misericordiam potius, quàm iudicium de personis & rebus eiusdem Ecclesiæ, pro Dei reuerentia, qui non minus misericorditer quàm miraculosè in eodem loco tueri voluit, & saluare personam nostram ab insidiis & insultibus eorundem inimicorum nostrorum sequi volentes, ipsum Monasterium cum personis religiosis, Domino ibidem famulantibus, & omnibus bonis eius, excepto Vlrice Abbate, & illis personis, quæ supplicij & interitus nostri coniurati participes & conspiratores extiterant, sub nostra & Imperij protectione ac defensione recepimus speciali, statuentes ex tunc, & firmiter inhibentes perpetua inhibitione, quatenus nullus sit, qui propter prædictam noxam, in detrimentum personæ nostræ commissam, præfatum Monasterium, cum personis & omnibus bonis suis, stabilibus & mobilibus; sicut prædictum est, offendere aliquatenus, vel molestare præsumat; quòd, qui præsumperit, indignationem nostram se nouerit incursum, præter pœnam, quam transgressori eiusdem mandati nostri infligere voluerit excellentia nostra, seu aliquis alius heredum & Successorum nostrorum. Ita tamen, quòd Domus illa, in qua ex præfato machinamento proposuerant irreuocabili proposito, præfati, Albertus dictus Episcopus, Chuonradus de Hohenfels, & Vlricus Abbas eiusdem loci, personam nostram mortis supplicio tradidisse, dirui debeat funditus, ne parietes ipsius do-

mus fœdatis & perfuſiſſimo dormientium, tunc temporis coram nobis pro-
 ſtodia perſonæ noſtræ, qui proſalutis noſtræ deſenſione ſanguinem ſuum fun-
 dentes, mortem ſpontaneam ſubierunt, ampliùs in eodem loco valeant reperi-
 ri. Tenentur in ſuper Monachi eiufdem Monafterij, ex pacto firmæ promiſſio-
 nis habito coram nobis præſentibus Ottone Comite Palatino Rheni, Duce Ba-
 uariæ, dilecto Principe & Socero noſtro, & Ludouico filio ſuo dilecto, Leuiro
 noſtro, Ottone Marchione de Hohenpurgk, dilecto Conſanguineo noſtro, Hen-
 rico Marchione de Burgovve, Ludouice Seniore, Comite de Oeting, Gotfrido
 de Hohenloch, & aliis Conſiliariis noſtris, nec non ciuib. Ratisbonenſibus, quod
 in eodem loco, vbi hætenus extiterat domus perditionis noſtræ, conſtruere
 debent & ſerigere à nouo fundamine, ex propriis ſumptibus Eccleſiæ beati
 Emmerani, Capellam vnã, ad honorem beatae Virginis Mariæ, & beati Nico-
 lai, ſpecialium tutorum & deſenſorum noſtrorum, in articulo eiufdem neceſſi-
 tatis noſtræ, quam amodò, & in perpetuum regiam Capellam volumus appella-
 ri, dotaandam per eos competentibus dotibus; ex quorum prouentibus habere
 valeat ſufficiencia & annua ſtipendia Monachus Sacerdos ſtatutus ad hoc per
 Abbatem & Conuentum eiufdem, qui eandem Capellam gubernabit diuinis
 & continuis officiis, in perpetuam memoriam nominis noſtri & hæredum no-
 ſtrorum, qui pro tempore fuerint ad regimen Imperij conſtituti. Cenſemus et-
 iam omnes infeudationes & donationes rerum ipſius Monafterij, perſcripta no-
 ſtra perſonæ alicui occasione prædicta indultos, irritos & inanes, nec pati volumus,
 quod de omnibus prouentibus, & redditibus præſati Monafterij præſente
 Guerra durante, alicui perſonæ, niſi ſpiritali Reſtori & Prouiſori, qui fuerit in
 Eccleſia de mandato & voluntate noſtri culminis conſtitutus, per Monachos &
 fideles perſonas ſubiectas ipſi Monafterio intendatur, ad vſus & vtilitatem Ec-
 cleſiæ conuertendis, Et ſi aliquis Monachus ipſius Eccleſiæ ſeu aliqua alia per-
 ſona, tam Eccleſiaſtica mundana quàm prædicta publicè in præſentia noſtra
 ſtatuta, opponere ſe præſumpſerit, participem præſati facinoris in perſonam
 noſtram excogitati, ab omnibus fidelibus noſtris volumus eum haberi. Ad quo-
 rum omnium memoriam, & ſtabilem firmitatem, præſens ſcriptum fieri, & ſi-
 gillo noſtræ ceſſitudinis iuſſimus communiri. Datum apud Ratisbonam, Anno
 incarnationis Dominicæ M. C. C. L. I. Menſe Ianuario, Indiſt. nona.

NOS OTTO, Ludouicus, Stephanus, Comites Palatini Rheni, Duces Baua-
 riæ. Vniuerſis præſentia inſpecturis in perpetuum. Sinceritatis affectum, **K.**
 quem erga Sacerdotes & miniſtros Domini, ob ipſius Dei reuerentiam ſemper
 habuimus, reuerendi patris & domini noſtri Henrici, Ratisbon. Eccleſiæ venera-
 bilis Epifcopi, beneuolentiæ promptitudo, quam chariſſimo patri noſtro, nobis
 quæ conſtanter exhibuit, non mediocriter ampliauit, Ad ipſius itaq; dñi Epifco-
 pi preces, & ſalutare conſilium reuocamus & irritamus; Imò tanquàm iuri con-
 trariam & odioſam legibus caſſam & irritam nunciamus quondam noſtrorum
 iudicium & Officialium conſuetudinem, quares & bona decedentium Clerico-
 rum occupabant hætenus, & ſuis vſibus applicabant: Statuentes hoc edicto in ter-
 ra noſtra & partib. noſtri dominij in perpetuū valituro, ne Vicedominus, iudex
 ſeu officialis noſter quicunq; bona vel res decedentium Clericorum per Ratisb.
 Diœceſim, ſiue ius patronatus ipſarum Eccleſiarum, ſeu aduocatialis deſenſio
 ad nos vel quoscunq; alios pertineat, inuadere vel occupare præſumat, vel ſuis
 vtilitatibus vſurpare. Teſtamēta ſiquidem ipſorum Clericorum, ſi qua fecerint,
 rata eſſe volumus, & ad eos quibus ab ipſis legata ſunt res Eccleſiarum, ſine no-
 ſtro, noſtrorumque obſtaculo officialium integraliter peruenire. Si quis vorò

eorum intestatus decesserit, de rebus illius ordinandi & disponendi liberam habeant facultatem prædictus dominus Episcopus vel Successores sui secundum legales & Canonicas sanctiones, nec & in hoc casu per nos, nostrosq; officiales, quicquam eis molestiæ vel grauaminis inferatur. Hoc adiecto in promissis omnibus moderamine, vt de bonis Clericorum ipsorum, siue cum Testamento, siue ab intestato decedentium creditoribus suis, vbi debitum liquidum fuerit, aut de ipso legitime constare poterit, secundum exigentiam iuris atq; ordinem plenarie satisfiat. Quicumq; autem huius nostri statuti transgressor fuerit, ablata eis, quibus debeantur restituat, & nobis nihilominus pro pœna huius temeritatis, si Vicedominus fuerit 30. si Iudex vel alius Officialis quicumq; decem libras denariorum Ratisbon. soluere teneatur, toties quoties eos, vel quemlibet eorum delinquere contigerit in hoc casu, nisi infra mensem post ammonitionem factâ per nos seu Ratisbonen. Episcopum vel Ecclesiam retraetauerit, & plenè emendauerit quicquid contra tenorem præsentium fuerit attentatum. Et quia in districtibus nostris Comites, viri ingenui, aliiq; Nobiles ius patronatus, aduocacionem in quibusdam habent Ecclesiis, ne hi huiusmodi occasione contra tenorem præsentium & iusticiam offendant, libertatem Ecclesiasticam promittimus & spondemus firmiter, quod non molestè ferimus, nec ob hoc Ratisbonen. Pontifices, vel Ecclesiam, in aliquo grauabimus, si quando ob transgressionem huius nostri statuti, imò veriùs declarationem iuris continget eosdem Episcopos Ratisbonen. ad executionem iuris sibi propter hoc competentis procedere, contra huiusmodi nostrorum mandatorum temerarios transgressores. Ad confirmationem igitur omnium præmissorum, sigilla nostra huic scripturæ diximus appendenda, cum annotatione testium subscriptorum. Hi sunt, Albertus Comes de Hals, Vlricus de Abensperg, Diethalmus de Prügkpergk, Conradus de Preising, Albertus de Strubing Vicedominus, & alij quàm plures. Datum Strubingæ, Anno Dominicæ incarnationis M. CC. XCV. Calend. Octobris, Indictione octaua.

L. **N**OS OTTO, Ludouicus & Stephanus, Dei gratia, Comites Palatini Rheni, Duces Bauariæ, per præsentis literas constare volumus vniuersis. Quod cum nos ad preces & singularis dilectionis signaculum, Reuerendi Patris & domini nostri Henrici, Ratisbonen. Episcopi, desistendum decreuimus à petitione contributionis subsidij, per totam suam Diœcesim, quo in aliis Diœcesibus nostri domini, exigere & recipere intendimus, ob nostrorum onera debitorum, ipsius Clero ac personis Ecclesiasticis ciuitatis & Diœcesis Ratisbon. promiserimus iura & immunitatès à Romanis Pontificibus, Imperatoribus & Regibus, necnon à nostris progenitoribus, datas & concessas firmiter obseruare, non molestè ferimus, nec per hæc nostra sibi facta rescindetur promissio; si ipsum dominum Episcopum Ratisbonen. aut ex iuris debito, seu ex aliqua vnione, cum domino nostro Salzburgen. Archiepiscopo, aut quibuscunq; aliis in ita, excommunicationis, suspensionis, interdicti, priuationis seu concessionis sententias, si que ab eisdem in personas seu terram nostram lata fuerint, seruare contigerit, aut etiam mandauerit, per suam Diœcesim & ciuitatem obseruari, nec propter hoc ipsum dominum Episcopum, nec Clerum suum in aliquo offendemus. In cuius rei testimonium præsentis literas eidem domino nostro Episcopo dedimus, sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum Ratisbonæ, Anno Domini 1295. 7. Idus Iulij.

M. **I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Amen. Cuaradus Dei gratia Ratisbonensis Episcopus, Imperialis aulae Cancellarius. Notum sit tam futuris quàm præsentibus. Quod cum inter Ratisbonensem Ecclesiam & Ducem Bauariæ

ria à longo retroa dō tempore graues inimicitia & bellorū asperitates frequenter emergere consueuissent, dominus Ludouicus, inclitus Dux Bauariae, hanc detestabilem insolentiam pro bono terre & intuitu eterni numinis temporibus nostri Episcopatus antiquare uolens, & tam nobiscum quàm cum nostris Successoribus pacem conseruare; cum sapientibus Baronibus terræ uasallis suis, super concordia stabili nobiscum facienda nos conuenit, cui per laudabili proposito quod habuit, benignū assensum præbentes, sic amicabiliter sumus concordati. Quòd nos inuicem diligere & auxilium præstare promissimus contra quoslibet, exceptis Domino Rege Philippo & eius in imperio Successorib; & fautoribus Ecclesiæ Ratisbon. Ipse uero Dux pium propositum decorare uolens beato memoriali, pro reuerentia Iesu Christi & B. Petri, & animæ suæ, ac parentū suorum salute in altera parte Danubij, hæc prædia, scilicet castrum Kelheim, & Lutholdum cum pueris & familia & omni posteritate sua, castrum Lengenueld, castrum Stauffe, castrum Steueningen, castrum Wolffheringen, castrum Barresperch, castrum Durechelburge: Ex ista uero parte Danubij, castrum Landeshuetæ, cum omnibus ministerialibus, & redditibus eis attinentibus & tota familia, si sine prole legitima decesserit, Ratisbonensi Ecclesiæ perpetuò possidenda donauit. Deuotione ergò tanta considerata & benigno voto, quo Dux Ecclesiæ piè respexerat, pro aliquanta repensione suæ bonæ operationis, ipse in continenti beneficio Landgrauij (quod tunc uacans fuit situm in montanis) est in beneficium; ita tamen quòd ei non liceat redditus eiusdem beneficij alicui uquam in beneficio conferre.

PRÆTEREA si Dux decedens sine prole legitima, sicut donauit Ecclesiæ prædicta prædia, ita etiam Episcopatus Ducatum condixerit, ipse in beneficium proximo beneficio, quod uacauerit Ecclesiæ ab aliquo Principum; exceptis tribus, scilicet, beneficio domini Regis, & beneficio aduocatiæ maioris Ecclesiæ, & beneficio Comitis de Hohenburge; & ei insuper assignabuntur redditus tanti, quanti sibi persoluuntur de beneficio Landgrauij; & curiæ suæ tanta dabitur pecunia pro consilio, quanta tunc data est, cum se prædicta prædia Ecclesiæ conferrentur. Dux uero, si hoc facere noluerit, beneficium Landgrauij quod habet, habeat, sed curiæ suæ non dabitur alia pecunia quàm data est, sibi tamen media pars beneficij, quod ab alio dominorum proximo uacauerit, præter quæ excepta sunt, est concedenda; Et ipse in familiari consilio electionis Episcopi, sicut unus ex Canonicis uel ministerialibus recipiendus est & audiendus. De iure quoque & iudicijs in hoc concordauimus, ut quidquid iuris in ciuitate uel ubiq; habere debemus ab hominibus nostris, quos ad hoc disponendum ordinamus, sine contouersia & lite inter se nobis illud conseruetur. Præterea conductum simul præstabimus, & lucrum inde acceptum simul diuidemus, & quicumq; contra uelle nostrum aliquem uel aliquos conducere uoluerint, illud ambo prohibebimus. Collectas etiam super ciuitatem generales æqualiter diuidemus, hoc excepto: Si homo noster uel Ducis econuerso domino suo singulariter aliquid tribuat, uel pro aliquo delicto gratiam suam acquirat, in quo alter alterum necessarium non habebit: Si uero aliquis nobis attinens se opposuerit, ne nobis seruiat, uel Duci attinens, simili modo, si seruire recusauerit, ambo promissimus ad ferruendum illum compellere, & lucrum simul æqualiter diuidere; sed hoc fiet secundum consilium & moderationem Episcopi. Item de manifesto consuetu in ciuitate lucrum æqualiter diuidemus. Item de indicendo foro rerum uenaliū qualiumcunque, & de omnibus vnionibus quarumlibet uenditionum, modum simul statuemus, & neuter sine altero uel alterius licentia aliquid de his statuet uel mutabit uel remittet: similiter de uenditoribus salis Dux, quod statuet, aget de consilio Episcopi. De ordinatione uero pacis prouinciæ sic

ambo statuimus, vt quidquid inter nos vel coadiutores nostros, vel vtriusque Ministeriales emerſerit, ex quo concordia & amicitia inter nos facta est, ſcilicet, quod vnus alteri damnum intulerit, damnificatus ſine talione ſex hebdomadis ſe contineat & conqueratur Epifcopo, ſi Ducis eſt, vel econuerſo & plenariam recipiat ſatisfactionem: Si verò damnificatus hoc tranſgreditur, ita quod pro iniuria ſibi illata malum fecerit, factum duplo reſtituat, & pro ſibi illata nullam habeat emendationem; & ſi damnificatus ſine talione iniurias ſuas conqueritur, & Sacramentum calumniae præmiſerit, ille, in quem agitur, damnum reſtituat confirmatione iuramenti trium autenticarum perſonarum, & ſi negare voluerit, ſimili modo negabit: Item ſi agens in alium Sacramentum calumniae præmittere noluerit, ille, qui pro reo habetur, ſola manu ſe poterit expurgare: Si verò damnificans pertinacia vel paupertate ſatisfacere contempſerit, excommunicetur ab Epifcopo & à Duce proſcribatur, & à tali damnatione non liberetur, niſi prius de his, quæ deliquit, dignam exhibeat emendationem. Talē enim vltra ſolam noctē vel prandium nullus in domo ſua recipiat vel detineat: Qui verò eū detinuiſſe culpatus fuerit, & tertia manu ſe expugnare noluerit, nec poterit, ſatisfaciat pro ipſo. Item qui ſatisfacere tenetur, pro quocunq; facto, citabitur peremptorie à Iudice, per ſex hebdomadas; & ſi ſe die conſtituto præſentauerit, infra duodecim dies poſtea ſatisfaciat, & ſatisfactionis certitudinem coram Iudice faciat per fideiuſſores: Si autem ſe citatum aliquis neſcierit, & hoc probauerit, non damnetur, ſed ſatisfactio recipiatur ab eo ſuprà dicta. Item qui in alium ſine querimonia violenter per raiſam inſultum fecerit, damnum illatum integrò reſtituat, & pro dedecore inſultus quinq; talenta reddat. De prædictis igitur exceſſibus, ſi aliquis coram Epifcopo vel Duce, vel aliis quibuſcunq; Iudicibus, quibus hoc commiſerint, conuenitur, ſicut ſuprà conſtitutum eſt, & ipſi iudices hoc iudicare neglexerint vel noluerint, ſine omni occasione & contradictione infra 12. dies ſatisfaciant loco & vice eius, qui in cauſam tractus fuit, & ponent actori fideiuſſores, & ipſi, qui inimici fuerant, ſint amici.

DE CASTRO Chuofftain, ambo taliter ſtatuimus, vt vel illud ſimul habeamus vel deſtruamus, & ſimul prohibeamus, ne reardificetur.

DE MONETA Ratiſbonenſi ſtatuimus, quod ſtabilis ſit, & nulla vnquam poſt eam fiat: ſed ſi factum fuerit, Dux ad conſilium & velle Epifcopi prohibeat, & retractet. Hæc conſtitutio de concordia & amicitia inter nos & Ducem & ſtatuto, quod de ciuitate ſtatuimus & aliis, durabit, quàm diu ſimul vixerimus: Si verò Succellor noſter in Epifcopatu cum Duce Bauariæ hanc amicabilem concordiam conſeruare voluerit, & hoc apud ipſum impetrare potuerit, quæcunq; ſtatuta ſunt, omnia rata habeantur. Teſtes huius rei ſunt Gottfridus maior Præpoſitus, Magiſter Rupertus, Scholaſticus maioris Eccleſiæ, dñs Conradus, Comes de Mofbure, dñs Eberhardus, Comes de Dorenberg, Albero Lupus, Albertus Lutzemānus, Syfridus Choph, Wirnto de Planchenſtain, Cunradus de Hohenfels, Arnoldus de Schönenfeldt, Havvardus de Oüttingen, Wilhelmus ſuper Danubio & alij quàm plures. Acta ſunt hæc Anno M. CC. V, Indictione nona.

Copia confirmationis Philippi Rom. Regis, &c.

IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis Amen. Philippus Dei gratia, Romanorum Rex, ſemper Auguſtus. Quoniam pro pace ordinanda & iuſtitia terris facienda, coronam & regimen Imperij ſuſcepimus, facilem aſſenſum præbere tenemur, his quæ bono pacis fuerint præordinata: Huius igitur rationis intuitu notum fieri volumus vniuerſis. Quod cum Ratiſbonenſis Epifcopatus cum Duca-

Ducatu Bauariæ ab imperio monetam, telonea, & quædã iudicia habeat communia, super quibus dissensiones & bellorum asperitates frequenter exurgere consueuerant; dilectus noster Cunradus Ratisbonensis Episcopus, Imperialis aulae Cancellarius, & Consanguineus noster Ludouicus, Nobilis Dux Bauariæ, huic morbo remedium adhibere volentes, communicante sibi meliorum terræ Baronum & Ministerialium consilio, in hoc conuenerunt amicabiliter, quòd fide coadunati sunt, sic quòd se inuicem perpetuò pacti sunt diligere, & alter alteri præstare promisit auxilium contra quemlibet; excepto nobis & nostris in imperio Successoribus. Episcopus etiam excepit coadiutores Ecclesiæ Ratisbonen. De iure quoq; & iudiciis & aliis agendis in ciuitate, in vnum sic conuenerunt, vt quicquid in ea simul vel singulariter habere debeant ab hominibus eorum, quos ad hoc procurandum deputauerint, sine lite & controuersia vtriusque suum in hoc conseruetur. Præterea conductum simul præstabunt, & lucrum inde acceptum pariter diident, & quicumque contra velle ipsorum aliquem vel aliquos conducere præsumperit, illud ambo prohibebunt. Collectas etiam super ciuitatem generales, & lucra simul diident, hoc excepto: Si homo Episcopi vel Ducis domino suo singulariter aliquid tribuat, vel pro aliquo delicto, bonis mediantibus, ad gratiam suam redeat, in quo auxilium vnus alteri necessarium non habetur.

ITEM si aliquis Episcopo attinens, se opponit, ne ei seruiat, vel Duci econuerso, ambo promiserunt illum compellere ad seruiendum, & lucrum simul diuidere; ita tamen quòd Dux exactionem faciat in hominem suum, secundum consilium & moderationem Episcopi, & Episcopus econuerso secundum consilium Ducis idem facere tenetur.

ITEM de manifesto conflictu in ciuitate, & de indicendo foro rerum venalium qualiumcunq;, & de omnibus vnionibus quarumlibet venditionum, modum simul statuent, & lucrum simul diident; & neuter sine altero vel alterius voluntate aliquid de his statuet, vel mutabit vel remittet.

SIMILITER de venditione salis, Dux, quod statuerit, de consilio Episcopi ordinabit.

ITEM de moneta Ratisbonensi statuerunt, quòd nulla vnquam post eam fiat, quod si factum fuerit, Dux ad consilium & velle Episcopi prohibebit.

DE ordinatione verò pacis sic statuerunt in prouincia, vt quicquid inter eos vel ipsorum coadiutores, vel vtriusque ministeriales emerferit, ita quòd vnus alteri damnum intulerit, damnificatus sine talione sex hebdomadis se contineat, & conqueratur Episcopo, si Ducis est, & econuerso, & plenariam recipiat satisfactionem. Si verò damnificatus hoc transgreditur, ita quòd pro damno sibi illato aliud damnum fecerit, factum duplo restituat, & pro sibi illato nullam habeat emendationem: Sed si damnificatus sine talione iniurias suas conquiritur, & Sacramentum calumniæ promiserit; ille, in quem agitur, damnum restituat, testimonio iuramenti trium denominatorum, si negare voluerit, simili modo negabit. Item si agens in alium Sacramentum calumniæ præmittere noluerit; ille, qui pro reo habetur, sola manu se poterit expurgare; Item si damnificans pertinacia vel paupertate satisfacere contempserit, excommunicetur ab Episcopo, & à Duce proscribatur, & à tali damnatione non liberetur, nisi prius de excessibus dignam exhibeat satisfactionem. Talem enim vltra solam noctem vel prandium, nullus in domo sua recipiat, vel detineat, sed qui eum detinuisse culpatus fuerit, & tertia manu se expurgare noluerit vel nequiverit, satisfaciat pro ipso. Item qui satisfacere tenetur, pro quocunque excessu, citabitur peremptorie à Iudice per 6. hebdomadas, & si die constituto se præsentauerit, infra duodecim dies postea satisfaciat, & satisfactionis suæ certitudinem faciat coram iudice

per fideiussores: Si autem se citatum aliquis nescierit, & hoc probauerit, non damnetur, sed satisfactio ab eo accipiatur supra dicta.

ITEM, qui in alium sine querimonia violenter per reifam insultum fecerit, damnum, quod fecit, integrè restituat, & pro dedecore insultus reddat quinq; talenta. De prædictis igitur excessibus, si aliquis coram Episcopo vel Duce vel aliis Iudicibus, quibus hoc commissum est, conuenitur, sicut supra constitutum est, & ipsi Iudices hoc iudicare neglexerint vel noluerint, ipsi pro eo, quod non iudicauerunt, omni occasione & contradictione remota, loco rei infra dies duodecim satisfaciant & actori dent fideiussores, & illi, qui pro tali facto inimici fuerant, fiant amici.

DE CASTRO quoq; Chufftain statuerunt, vt illud vel simul habeant vel destruant, & ambo prohibeant, ne reedificetur.

HÆC autem constitutio Episcopi & Ducis de vniuersis, quæ superiùs memorantur iudiciis, concordia & lucris, durabit, quàm diu ambo vixerint: Si vero Successor Episcopi hoc statutum cum Duce conseruare voluerit, & apud eum, vt ita sit, obtinere potuerit, quæcunque statuta sunt, per omnia rata habeantur.

ET DVX in familiari consilio electionis Episcopi, sicut vnus ex Canonicis vel ministerialibus recipiendus est & audiendus.

NE AVTEM huius concordie amicitia & statuti, quod fecerunt Episcopus & Dux, posse vel debere retractari fortè putaretur ab aliquibus, Dux, qui bono zelo & intuitu pacis ista fieri voluit, pium propositum beata decorauit memoria: Vnde pro reuerentia beati Petri & animæ suæ, ac parentum suorum remedio, hæc prædia, scilicet castrum Kelheim, & Lutoldum cum pueris & omnifamilia, & posteritate sua, castrum Lengenueld, castrum Stoufe, castrum Steueningen, castrum Wolfæringen, castrum Barsperch, castrum Durchelenburch, & castrum Landeshute, cum omnibus ministerialibus & tota familia, & redditibus eis attinentibus, si sine prole legitima decesserit, Ratisbonensi Ecclesie perpetuò possidenda donauit: Deuotionem ergo Ducis attendens Ratisbonensis Ecclesia, quòd ipsam piè respexerat, partes suas interposuerunt; Ita quòd Episcopus Ducem beneficio Landgrauij, quod vacabat eodem tempore, situm in montanis, hac conditione in beneficiavit, quòd ei non liceat redditus eiusdem beneficij alicui vnquam in beneficiare. Adiecit etiam Dux, si esset de cõcessione nostra, & sibi fortè placeret in posterum Episcopatui Ducatum, eo cedente sine hærede, condicere, quòd sibi concederetur beneficium proximè vacans ab aliquo Principum; exceptis tribus, beneficio scilicet, quod nos ab Ecclesia tenemus, & beneficio maioris Ecclesie Aduocatie, & beneficio Comitum de Hohenburch, & curiæ suæ tanta daretur pecunia pro cõsilio, quanta data est, cum ipse castra, & prædia sua Ecclesie disponeret, sed si hoc non faceret, tamen media pars beneficij, quod vacauerit, ab aliquo Principum, tribus prædictis exceptis, sine pecunia consilij sibi concederetur. His igitur omnibus Ratisbonensis Episcopus & Chorus, & Ministeriales, quia ad pacem esse videbantur, præbuerunt assensum; Nos verò tùm quia laudabilia sunt hæc, quæcunque statuta sunt, inter Ratisbonensem Ecclesiam & Ducem, tùm quia ad pacem tendunt totius prouincie, approbantes & rata habentes hanc præsentem paginam rei gestæ seriem continentem, sigilli nostri impressione & subscriptione testium reddidimus confirmatam.

*Alia copia prædictæ compositionis de Anno 1213. in qua vetera iura
Episcopi Ratisbonen. ac Ducum Bauariæ in ciuitate Ratisbona
latius continentur.*

HÆC EST forma compositionis factæ, inter Dnminum Conradum, Ratis-
bonensem Episcopum & dominum Ludvicum Ducem Bauariæ: Dux re-
cepit medietatem castrum Chufftaine ab Ecclesia Ratisbonen. in feudo, & reli-
quam medietatem debet acquirere à Natiuitate Domini proximè præterita in-
fra annum, sine malo ingenio, & debet dare Ecclesiæ Ratisbonen. & postmo-
dum ab ea recipere in feudo; Quod si non fiet, dabit castrum Stefeningen Ec-
clesiæ Ratisbonen. in concambium, pro illa medietate, & suprâ dicto modo re-
cipiet eandem medietatem ab Ecclesia in feudo, castrum Chontil similiter de-
bet habere ab Ecclesia in feudo; Item decimam Atingen, pro qua verteatur
controuersia inter eos, debet Episcopus habere absolutè: Item Dux pro reme-
dio animæ suæ, & parentum suorum, in altera parte Danubij castrum Kelhaim,
& Luttoldum, de Ovve, cum pueris suis & familia, & omni posteritate sua, &
castrum Lengenfeld, castrum Stouffe, castrum Stefeningen, castrum Wolferin-
gen, castrum Bartespere, castrum Durchelnburg, & ex ista parte Danubij, ca-
strum Landeshutæ, cum omnibus ministerialibus & redditibus, suprâ dictis
castris attinentibus & cum tota familia, si vel ipse vel pueri sui, sine legitimo
hærede decesserint, Ecclesiæ Ratisbonen. perpetuò possidenda donauit. Epi-
scopus verò hanc deuotionem considerans, beneficio Landgrauij, sito in mô-
tanis, Ducem infeudauit tali conditione, quòd Duci non liceat eodem benefi-
cio alium infeudare: Quod si fecerit, statim vacare debet Ecclesiæ. Insuper
Episcopus concedet Duci mediam partem vnus beneficij, quod proximo sibi
vacauerit ab aliquo Dominorum, exceptis tribus, scilicet beneficio quod deti-
net Imperator, & aduocatia maioris Ecclesiæ, & beneficio quod habuit Co-
mes Fridericus de Hohenburch.

Dux etiam in familiari consilio electionis Episcopi, sicut vnus ex Canoni-
cis vel Ministerialibus, recipiendus est & audiendus.

ITEM Dux Burgenses absolutos dimisit ab omni iuramento, quod sibi ad-
uersus Episcopum fecerant, & alter alteri debet ius suum in ciuitate per omnia
integrum conseruare.

ITEM vterq; cum homine iuri suo attinente, sicut voluerit, liberè disponat:
Si verò alterum ad hoc habuerit necessarium, quæstum cum eo æqualiter diui-
dat, & cum illo procedat secundum sui consilij moderationem, sine malo in-
genio.

ITEM Episcopus non debet violenter manu tenere Burgenses contra Du-
cem, qui in ciuitate domum suam sibi ædificent, aut pecuniam, quam eis ad hoc
assignauerat, sibi restituant, aut ostendant cui dederint.

ITEM si aliquis Burgensium alteri eorum in iure sibi debito rebellis extite-
rit, contra eundem mutuum sibi debent auxilium impartiri, & lucrum inde
proueniens æqualiter diuidere.

SYMITER de manifesto conflictu in ciuitate quæstum æqualiter diui-
dent.

DE statuendo etiam foro rerum venalium, qualiumcunque in ciuitate &
de omnibus vnionibus quarumlibet venditionum, modum simul statuent, &
neuter sine licentia alterius aliquid de his mutabit vel remitter.

PRÆTEREA conductum simul præstabunt, & lucrum inde acceptum si-
mul

mul diuident, & quicumq; contra uelle eorum aliquem uel aliquos conducere præsumpserit, uel conductum eorum infregerit, illud ambo prohibebunt.

ITEM nec Episcopus Castrum Strazpurch, nec Dux aliud Castrum prope Heylsperch, nec alteruter eorum aliquod Castrum in præiudicium alterius edificare debet, vsque ad sex annos post reditum Ducis de partibus ultra marinis.

ITEM neuter eorum debet uasallum uel ministerialem uel hominem alterius, sibi in castellanum, uel quocunq; alio modo assumere, nisi de ipso alteri uel iusticiam exhibere. Item neuter eorum debet ministerialem alterius, qui gratiam suam non habet, siue per matrimonialem contractum, siue quocunq; modo assumere, aut contra eum uolenter defendere; sed si forte, altero eorum ignorante, ministerialis unius transierit in potestatem alterius, per copulam matrimonialem; tunc ille, in cuius potestatem transiuit, prosequetur eundem, ad consilium Domini, à quo recessit.

ITEM si Comes uel liber uel ministerialis alterutrius eorum existens in familiaritate Domini sui gratiam suam amittat; illum non debet alter sibi assumere, nisi ille prius gratiam Domini sui habeat.

AD hæc Episcopus & Dux hoc similiter inter se statuerunt, ut ministeriales eorum vicissim nubant, & pueri æqualiter diuidantur, hoc modo distinguentes: Quòd primus puer, masculus uel foemina, patrem sequatur sine diuisione, reliquis nihilominus diuidendis; si unum tantum genuerit puerum, masculum uel foeminam, idem Patrem sequatur, & nubat post matrem, & eiusdem pueri, quos genuerit, similiter diuidantur. Item si Officialis Episcopi, ueluti Marschalcus, Dapifer, Camerarius, uel alter quilibet uxore de Ministerialibus Ducis duxerit, uel Officialis Ducis econuerso ministerialem Episcopi uxorem duxerit, Senior filius, qui Patrem sequitur, habeat Patris officium, & si solus sit, nubat in potestatem Domini, cuius erat mater; ita tamen quòd pueri, quos genuerit, diuidantur; si uero solus non est, sed plures sunt pueri, ipse nihilominus habeat patris officium, cum reliquis pueris, secundum quod supra dictum est, diuidendis.

DE ordinatione uero pacis prouinciæ sic statuerunt, ut quicquid inter eos, uel eorum coadiutores uel ministeriales utriusq; emerferit, ita quòd unus alteri damnum intulerit, damnificatus sine talione sex hebdomadis se contineat, & conqueratur Episcopo, si Ducis est, & econuerso & plenariam recipiat satisfactionem: Si uero damnificatus hæc transgreditur, ita quòd pro damno sibi illato malum fecerit, factum duplo restituat, & pro sibi illato nullam habeat emendationem: sed si damnificatus sine talione iniurias suas conqueratur, & Sacramentum calumniæ præmiserit, ille contra quem agitur, damnum restituat, sub testimonio iuramenti trium autenticarum personarum, & si negare uoluerit, simili modo negabit. Item si agens in alium Sacramentum calumniæ præmittere noluerit, ille, qui pro reo habetur, sola manu se expurget. Item si damnificans pertinacia uel paupertate satisfacere contempserit, excommunicetur ab Episcopo, & à Duce proscribatur, & à tali damnatione non liberetur, nisi prius de excessibus dignam exhibeat satisfactionem. Talem enim ultra unam noctem uel prandium nullus in domo sua recipere audeat uel detinere: sed qui eum detinuisse culpatus fuerit, & tertia manu se expurgare noluerit uel nequuerit, satisfaciat pro ipso.

ITEM qui satisfacere tenetur pro quocunq; excessu, citabitur peremptorie à iudice per sex hebdomadas, & si se die constituto præsentauerit, infra duodecim dies postea satisfaciat, & satisfactionis suæ certitudinẽ faciat, coram iudice per-

se per fideiussores: Si autem se citatum aliquis nescierit, & hoc probauerit, non damnetur, sed satisfactio ab eo accipiatur supra dicta.

ITEM qui in alium sine querimonia violenter per Raifam insultum fecerit, damnnum, quod fecit, integrè restituat, & pro dedecore insultus, reddat quinque talenta: Item damnificatus Ducis non conqueratur coram iudicio prouinciae, sed coram Episcopo, & si damnificans resisterit Episcopo, super emendatione, ipse debet eum excommunicare, & de bonis suis læso assignare, ad æstimationem damni illati, nisi bonis careat, & publicus prædo sit; & si necesse fuerit, eum cum Duce prosequi ad eius instructionem, potest id, quod in eius cedit personam: Idem Dux debet de suis Episcopo conseruare reum proscribendo hoc adiecto, quod Dux præcisè damnificato restituat ablata, nisi reus publicus prædo sit, nec habeat, vnde satisfaciatur, quod propterea adiectum est, quod Dux potentior est de suis, quàm Episcopus de suis; Idem de vasallis Ecclesiæ, quàm diu respectum habebunt ad Episcopum, propter eum dimittendi & faciendi, & postquam ab illo respectu destiterint, coram publico iudice, de ipsis querimonia proponatur.

DE moneta Ratisbonensi statuerunt, quod stabilis sit, & nulla vnquam posteam fiat; sed, si factum fuerit, Dux ad Consilium & velle Episcopi prohibear & retractet.

ITEM vtrique tam Episcopo quàm Duci placuit, vt omnia instrumenta, ante hoc præfens instrumentum facta (fortè hic deest, &c.) nisi sub sigillo vtriusque deinceps careant effectu huius formæ ac constitutionum: Testes sunt, Clerici, Chuno Decanus, Vlicus de Werde Archidiaconus, Werthardus de Iudenbrucker Archidiaconus, Theodoricus de Schönenfeld, Vlicus scriba, Vlicus de Sancto Cassiano, Vicedominus Ducis, Geroldus Notarius Ducis, Eberhardus Notarius Episcopi Laici, Comes, Kalhohus de Kirchpere Comes, Memhardus de Rotenëcke, Henricus de Lapide, Grimoldus de Lapide, Marchvart de Märingen, Ratold de Perge, Cunradus de Hohenfels, Henricus de Eberspeunt, Harwardus de Outingen, Arnoldus de Schönenfeld, Otto Kopf, Henricus de Ramisovvi, Henricus de Syriching, Cunradus de Schrothouen, Hermanus de Liechtenberch, Cunradus de Kirchdorf, & alij quàm plures. Acta sunt hæc Anno dominicæ incarnationis M. CC. XIII. indictione prima.

IN nomine Domini Amen. Cunradus Dei gratia Episcopus Ratisbonensis P. omnibus in perpetuum. Cum ex quodam promisso Duci Bavarie conferendum esset feudum vnum, & Episcopus Ratisbonen. quicumque tunc temporis, quando idem beneficium inciperet vacare, præsideret, ad id teneretur, & nos Ecclesiam nostram ab illo promisso absoluissemus per beneficium Eberhardi, Co. de Dornberch, aduocatiæ, quæ Kasten Vogtei dicta, quæ erat de eodem feudo, excepimus illam Duci recompensaturi per feudum, quod vacare ceperit, ad æstimationem viginti librarum, quarum decem sint absoluti redditus, quod vulgò sonat vrbor. 10. verò in feudate, quod vulgò sonat Mannelechen. Hoc autem temporibus nostris faciendum reliquit gratiæ nostræ: Si verò temporibus nostris factum non fuerit, Successorem nostrum ad idem exequendum teneri per scriptum præfens profitemur. Adiectum est autem, si feudum idem Duci conferendum æstimationem viginti librarum excesserit, quod Dux pro eodem excremento faciet, quicquid Consiliarij tam ex parte Episcopi, quàm Ducis ad hoc vocati, consuluerint faciendum. Acta sunt hæc Anno incarnationis Domini 1224. indictione 12. 12. Calendas Martij.

NOS LVDOVICVS Dei gratia, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie, P. vniuersorum notitiæ præsentibus declaramus, quod cum in solutione Ca-
stri

stri in Rotenecke non possemus Reuerendo in Christo Patri, & Domino nostro Henrico, Ratisbonen. Episcopo, satisfacere in pecunia numerata, videlicet in centum & quinquaginta libris denar. Ratisbonen. Officia nostra Ratisbonæ videlicet, iudicium pacis cameræ & sculteri eidem Domino Episcopo sub hoc discretionis moderamine obligauimus, quod eadem officia Henrico Vitrico & Carolo, fratribus de Ouve, Carolo Pragario, Henrico Dulci, & Cunrado Gumperti commisimus vsq; ad festum Apostolorum Philippi & Iacobi, proxime nunc venturum, suo nomine conseruanda; ita quod pro supra dicta Summa centum & quinquaginta librarum ex tunc eadem absoluere debeamus: Quod si in crastino dictorum Apostolorum non faceremus, ipsa officia remanebunt illis personis, quibus per nos sunt superius recommissa per quatuor annos continue secuturos, post illos quatuor annos, per quos dictis, Pragario Dulci & Cunrado Gumperti primitus fuerant recommissa. Et vthæc rata permaneant atq; firma, ex parte hæredum nostrorū dilecti fideles nostri, Cunradus de Lupurch, Wernerus de Preintenecke, Winhardus de Rorbach, Wichnandus de Eiringpurch, Dietericus de Wildenstein, & Vlricus de Perig, Marschalcus Obstagiorum nomine, per ipsum Dominum Episcopum moniti, Ratisbonensem ciuitatem intrabunt, inde nullatenus exituri, donec sibi de vniuersis & singulis defectibus, si quos eum ex hoc vel propter hoc sustinere contingeret, plenariè satisfiat. Et adiecto, quod nos prædicta officia nulli infra eundem terminum commitemus aliquatenus gubernanda, & si contingeret ipsum Dominum Episcopum nobis ex aliquibus causis seu defectibus aliqua defalcare, huiusmodi defalcatio non erit in pecunia, pro qua sunt subscripta officia obligata, sed in alia Summa est potius facienda, exceptione qualibet non obstante. In cuius rei Testimonium præsentem literas dedimus, nostri sigilli robore communitas. Datum Ratisbonæ, Anno Domini M. CC. LXX. nono. 12. Calend. Septembris.

Copia priuilegiorum Ratisbonensibus ciuibus per Fridericum secundum Rom. Imp. contra Episcopum ibi ac Duces Bauariæ datarum, Anno 1230.

R. FRIDERICVS secundus, Romanorum Imperator. Cùm ad fidelium deuotionem benignè dirigimus aciem mentis nostræ, ac horum profectibus intendimus diligenter, augetur in eis deuotio fidei, & tam ipsos quàm alios ad seruiendum fidelius, per liberalitatis exemplum seruentius inuitamus. Inde est, quod notum fieri volumus vniuersis Imperij fidelibus, tam præsentibus quàm futuris, quod nos attendentes puram fidem & deuotionem sinceram, quæ ciues Ratisbonæ erga Imperium & nos semper habuerunt, considerantes quoq; fidelia & grata seruitia, quæ pro honore & exaltatione Imperij atq; nostra exhibuerunt diutius, & exhibere poterunt in posterum gratiora, volentes ciuitatem ipsam, propter ciuium merita, gratia & beneficiis nostræ celsitudinis ampliare, de immensa liberalitatis nostræ gratia concedimus eisdem ciuibus, hæredibus & Successoribus suis, in perpetuum omnia, quæ in Capitulis infra scriptis apertius continentur, vt ipsis perpetuò vtantur pacificè & quietè,

In primis, quicumq; ciuis Ratisbonen. de duello impeditur, si se poterit expurgare duodecima manu honestarum personarum, de impetitione, qua impetitur, sit absolutus.

ITEM quicumq; ciuis impetitur, quod de domo sua, vel in domum suam aliquis sit interfectus, vel quod in ea seruauerit proscriptum, propter quod domus sua destrui deberet, si esset verum, & actor causam ipsam prosequitur conquerendo

querendo, sed pax eo tempore non esset in ciuitate iurata, sola se manu expurgabit: Si verò ciues pacem seruare iurauerunt, is, qui reus putatur, tertia manu se purgabit, inter quos sint duo, qui dicuntur denominati.

ITEM nullus inuadere debet domum alicuius ciuis, vel res in ea sibi vsurpare sine iudicio ciuitatis.

SIMILITER neque Dux, neq; alter potens Dominus debet domum alicuius ciuis, post mortem ipsius, vel eiusdem res infra ciuitatem, vel extra sibi vsurpare, sed bona ciuium, domus & reliqua, suis hæredibus relinquuntur, & quicquid Domini, vel alij quiq; contra hæredes agere velint, illud ordine iudiciario prosequantur.

ITEM quicumq; ciuis Ratisbonen. conciuem suum extra ciuitatem detinuerit, vel res eius, querimoniam contra illum mouendo, nisi prius conquestus fuerit ciuitati, & iustitia sibi denegata sit, emendabit delictum Episcopo decem libris, Duci cum decem libris.

ITEM quicumq; residens in ciuitate impetitur de seruili conditione, qua tenetur impetenti, si talis probabit, quòd decem annis permanserit à nullo impetitus, deinceps securus permanebit à tali impetitione.

ITEM quicumq; domos, vineas, areas, curias vel alias possessiones, infra terminos pacis ciuitatis Ratisbonen. sine impetitione possederit decem annis, & postea super illis fuerit impetitus, si quietam possessionem septima manu probabit, in pace res ipsas postea possidebit.

ITEM infra muros ciuitatis ipsius, in vicino & foris extra fossatum nulla tenus ædificabit, nisi duodecim pedes distent, inter muros & ædificium, & totidem foris inter fossatum; Quod si aliter factum fuerit, præter licentiam ciuium, remouebitur ædificium, per iudicium ciuitatis.

ITEM Dux, quando solennem curiam habuerit in ciuitate Ratisbonen. solito more indictum, non exercebit iudicium contra Ministeriales Ecclesie, neque contra ciues, nisi tertio die, nec contra ciues procedet, nisi per sententiam suorum conciuum & non aliorum.

ITEM maior Aduocatus, qui *Tumburgt* vulgariter appellatur, & potestatem habet iudicandi, ex parte Episcopi, & ex parte Ducis Burgkgrauis in nulum ciuem proscriptionis sententiam promulgabunt, nisi quando publicum habent placitum ex antiquo statuto, quod vtrique illorum habere debent tantummodo ter in anno.

ITEM tribus in anno vicibus ciues, pro vt expediens fuerit, de voluntate Episcopi & Ducis, Monetam intrabunt cum Magistris ab Episcopo & Duce ad monetæ officium deputatis, & denarios examinabunt, & si qua in eisdem inuenta fuerit falsitas, præfati Episcopus & Dux iudicabunt.

ITEM ciues potestatem habebunt eligendi Hansgrauium, qui disponat & ordinet extra ciuitatem & non infra, ea tantum, quæ respiciunt negotia nundinarum.

ITEM nullus ciuis, neque bona illius detineri debent loco pignorum pro Episcopo, vel pro Duce, vel pro quacunq; alia persona, nisi tantum pro suo conciuie, hoc adiecto, quòd detentor ciuibus primò proposuerit causam suam, & iustitia sibi fuerit denegata.

ITEM quicumque ciuis adquisierit bona, vel à Monasteriis, vel ab aliis quibuslibet personis, vineas, domos, vel alias possessiones, ad spacium vitæ vnus, vel plurium personarum, si contingat Dominum, cuius sunt bona vendere vel infeudare, vel obligare illa, non minus habebit ille, qui adquisiuit bona, in eisdem

dem bonis iuxta quod dictum est, ius, quod acquisiuit, ei, qui tunc bonis dominatur, censum soluturus.

ITEM quicumque ciuis transfragium passus fuerit, & ob hanc causam à quocumque; spoliatus fuerit bonis suis; ipse spoliator propter causam delicti proscriptus Imperij habeatur.

ITEM quicumque emendo & vendendo ritum negotiationis exercuerit, ille reddat cum ciuibus collectas; exceptis Clericis, quos super talibus relinquimus Episcopo corrigendos.

ITEM petitioni ciuium assentimus, statuentes, vt singuli potentes de ciuitate sua, qui vasallos sibi faciunt ad turbandam pacem ciuitatis, qui Mundman vulgariter nominantur, ad munitionem ciuitatis dent decem libras, nihilominus à fidelitate præscita relinquentes huiusmodi absolutos: Qui autem ad hæc contumaces exiterint, sint proscripti.

ITEM statuimus, quòd ciues Ratisbonen. non cogantur venire ad aliquod iudicium, extra ciuitatem, cum hoc sit de antiquo iure ipsorum, nisi habeant prædia in rure, qua impetantur; pro illis enim bene tenentur respondere coram Comite, in cuius Comitibus prædium est locatum.

ITEM statuimus, quòd unicuique, cui Ratisbonen. licet ceruissiam facere, quæ familiæ suæ sufficiat, tali pacto, quòd eam non vendat, sed ad necessitatem familiæ suæ tantummodo expendat, illorum contradictione, qui officium habent praxandi ceruissiam, non obstante.

ITEM statuimus, quòd telonium Imperij, quod solebat recipi ex antiquo, extra ciuitatem, quæ Chalmüntz nominatur, nullius contradictione obstante, in eodem deinceps persoluitur.

ITEM quicumque residens in ciuitate impetitus fuerit, quòd sit Vogtman alicuius, & ille ciuis existens, collectas de nobis, & Episcopo, tanquam alius ciuis, nulla postmodum Aduocato seruitia exhibebit per coactionem, sed tantummodo certum, & ab antiquo determinatum seruitium exoluet.

ITEM si homo, qui censualis dicitur, continuam fecerit in ciuitate residentiam, iura ciuitati conseruando in dandis collectis & aliis, quæ à ciuibus statuuntur, nulla postmodum exhibebit Domino seruitia, per coactionem; sed tantummodo persoluat censum, saluum tamen in his esse volumus ius Ecclesiarum. Acta sunt hæc, Anno Dominicæ incarnationis, M. C. C. XXX. mense Septembris, 4. indictionis, imperante Domino nostro Friderico, Dei gratia gloriosissimo Rom. Imperatore, semper Augusto, Hierusalem & Sicilia Rege, anno Imperij eius 10. regni Hierusalem; 5. regni verò Sicilia 32. feliciter Amen. Datum in Castris prope Anagniam, anno mense & indictione præscriptis.

ADDITIO.

ADDITIONES.

EPISCOPI RATISBONENSES.



*R*atisbona, Secundarum Rhetinrum, seu quod est idem Vindelicie vrbs, Tiberij Caesaris monumentum, in veterib. documentis Tiberina, & Augusta Tiberij appellatur. De qua, cum alio loco fuisset à nobis sit dictum, eadem hic repetere noluimus. Sufficiat Diploma Leonis P.P. adducere, quod oculis quorundam dolorem adfert, & est tale.

*In Adum
sar. infer.
Reich.*

In nomine Domini nostri Iesu Christi, Leo Papa. Agnitum esse volumus cunctis Christiana religionis fidelibus, tam presentibus quam futuris, qualiter Christianissimus Imperator & Augustus nomine Carolus Deo aspirante Christum hereditatis suae desiderans fieri possessorem, quoddam monasterium iuxta muros Tiburinae ciuitatis, quae à Tiberio Caesare Augusto aedificata est, quae modo vulgo appellata est *Regensperch*, quod est constructum in honore S. Mariae matris Domini nostri Iesu Christi, & Principis Apostolorum Petri, & S. Georgij martyris: ubi praeclearissimus martyr & episcopus Pictaviae corpore requiescit *Emerannus*, in nostram immunitatem successorumque nostrorum gratia defensionis transfudit. Et nos continuo pro Christi amore gratuita mente petitioni eius pie annuentes, decreuimus ita fieri, & iussimus hanc chartam auctoritatis nostrae inde conscribi.

Nil minus quam à S. Seuerino Episcopo Rauennate, quod sicut est istud, non Paschasium Diaconum, sed Eugippium historiae S. Seuerini auctorem, plures quoque fuisse S. Seuerinos, & in designando vero isto Noricorum Apostolo auctores lapsos, clarissime euincit doctissimus Eugippij Scholiastes his verbis.

Auctor huius historiae Eugippius; de quo Isidorus Hispalensis episcopus, libro de vitis illustribus cap. 13. scripsit, Eugippius Abbas (Eugipium nonnulli, quidam Eugypium vocant; Lazius Eugippium, Sabellicus Ennead. 8. lib. 2. Egisippum perperam, ineptius Irenicus, Exeges. Germaniae lib. 3. c. 14. Creptium appellauit) ad quendam Paschasium diaconem libellum de vita Sancti monachi Seuerini transmissum, breui stylo composuit. Scripsit etiam regulam monachis consistentibus in monasterio sancti Seuerini, quam eisdem moriens quasi testamentario iure reliquit. Claruit post consulatum Importuni iunioris (Importunus consul anno Christi 509. aut sanè circiter) Anastasio Imperatore regnante. Isidorus sequens Honorius Augusto dunensis, de luminariis ecclesiae cap. 13. Eugippius Abbas composuit vitam sancti Seuerini monachi & regulam monachis. Scio Laziium iactasse Herulorum Eugippii historiam, & de eorundem in Norico sedibus: sed & compertum habeo, Seuerini hanc vitam isto verborum ambitu significasse. Quae Fulgentij Ruspensis episcopi de charitate ad Eugippium quendam epistola extrat, adhuc ipsum nostrum pertinet opinor, siquidem temporum ratio congruit. Noricum Auentinus dixit, Batavis quidem natum, uti in Germanicâ Annal. editione retulit: mihi constat in Norico aliquamdiu moratum, hanc illi patriam fuisse, non constat.

Alius Eugippius, itidem Abbas, ætate paulò inferior, sub Tiberio Thrace vixit,

vixit, vti annotatum à Sigeberto cap. 39. de viris illustrib. Is hortatu Renducis Neapolitani episcopi, quædam ex Augustino collecta Probæ virgini inscriptum Plerique, in primis Trithemius, cum priore temere confundunt.

Seuerini sanctitatis opinione clari plures fuere; huius qui Monachus in Norico egit meminere historiarum scriptores Paulus diaconus, Sigebertus, Gotfridus, Vincentius, Otto, Liechtenauus: posteriores nihil necesse enumerare: Martyrologium præterea Rom. VI. Id. Ian. quod fidei faciendæ, cum totius vitæ epitomen quandam complectatur, exscribam: Eodem die apud Noricos sancti Seuerini abbatis, qui apud eam gentem Euangelium propagauit, & Noricorum dictus est Apostolus. Eius corpus ad Lucullanum prope Neapolim diuinitus delatum, inde postea ad monasterium sancti Seuerini translatum est. Meminit reliquiarum S. Seuerini Gregorius Magnus Pont. lib. 2. ep. 58. & lib. 7. ep. 85. Monasterij & oratorij S. Seuerini in castro Lucullano lib. 2. ep. 40. & lib. 8. ep. 18. Quin Gregorium Seuerino Romæ Ecclesiam dicasse, quæ prius Arianorum fuerit, ex lib. 2. ep. 40. cognoscimus. Quod porro Gotfridus Viterb. & Otto Frising. Seuerinum istum Rauentem Episcopum nominare, eos errasse palam est, idq; à Cuspiniano & Lazio, qui auctoritatem ratam habuere, non animaduersum miror. Mitto argumenta alia. Eugippius vtiq; cap. 1. cum ex orientis partibus in Noricum & Pannoniam venisse, cap. 9. Episcopus rus honorem delatum recusasse, disertè scripsit. Qui paullo post Seuerus Rauennas sanctimonie laude illustris vixit, Seuerinum equidem à quibusdam appellatum Hier. Rubeus hist. lib. 4. prodidit, sed neque Episcopus lectus est, neq; in Noricum venit. Auentinus Anna. lib. 2. Seuerinum Africâ oriundum, fratrem Victorinum habuisse retulit: Equè in vtroq; falsus, Africa quippe Norico ad meridiem est, neutiquam ad orientem: deinde, etsi vnus aut alter Seuerinus, & quidam in Africâ Seuerus, fratres tres Victorinos habuere, ij tamen longè alij à Norico Apostolo, quod ex martyrologiis in promptu.

Porrò ad Paulinum quod attinet Episcopum, opera ni fallor pretium est audire Eugippij Scholiasten ad cap. XXI. vita S. Seuerini in hæc verba differentem: Ab hoc (Paulino) Episcoporum suorum Catalogum auspicantur Reginoburgès; omninò temerè, nam ex ijs quæ ad caput decimum septimum annotauimus, liquidò constat, Tiburinam Norici metropolim, Reginoburgum non esse. Conradus quidam Reginoburgensis canonicus, qui ante ducentos annos vixit, primus istius sententiæ auctor, eum ceteri, vti fit, re parum examinata sequuti. Ne sibi verò Reginoburgenses, quorum beneficio Eugippium vulgamus, expuncto Paulino iniuriam fieri conquerantur, genuinos duos, pro supposito hoc vno, Episcopos dabimus, in illorum fastos hætenus non relatos, Ioseppum primum, cuius isto loco nemo meminit, Cyrinum deinde, cuius Hund, in metrop. subobscure, ac in vita S. Emmerani quam scripsit, siue Hemmerammi, vt antiqui Codices habent sub finem Ioseppum Episcopum decessorem suum disertè appellat, & ex hac vita colligas Gaubaldo, qui sub Pipino, vtrumque fuisse supparent

C. Anno post Christum natum DVIII. Boios superato Danubio Romanam provinciam Theodanis ductu ingressos ex probatorum consensu auctorum docet Velferus id cum ita se habeat non subsistit illorum opinio qui asserunt Sanctum Lupum quendam Romanum, Anno CDLXXXIX. sub Theodone primo Bavarie Duce, venisse Ratisbonam. Sed nec illud quoque subsistit, Lupum Ratispona Episcopum, quo tempore Theodo illum expugnauit, periisse: & fuisse eum Episcopum etiam Sclauorum & Carentenorum presbyterum

Iterum, Quam assertionem utramque optime verissimeq; refellit Velserus his verbis: Boicar. IV. p. 212.
 Primus in ea vrbe (Reginaburgo sive Ratisbona) à Boiis conspectus Episcopus, (Rupertus) nam ante Boica tempora quosdam sedisse non ambigam, etsi memoria ferè excidit, vnius Lupi superat, sanctitatis famâ posteritati commenda-
 data. Quem qui Zenone imperante à Theodone primo, pietatis causa cœ-
 sum narrant, temporum rationem nullam habent. Neque ego exemplum
 quo Boij in Christianorum sanguinem vnquam sæuierint vllum proditum re-
 perio. Absurdus errant, qui Lupum hunc cum eo confundunt, qui Cher-
 marum Carantanorum Principem Pipini ætate in fide instituit.

Bene monet Velserus ubi supra, in margine: Ratharium post Rupertum vixisse.

S. Ruperti vitam legat qui velit, apud Canis in. Antiq. Lectio. Velserus pre-
 edito libr. IV. Boic. rer. P. Raderum de SS. Bauar. Tom. I. Fuit autem Salisburgen-
 sis Episcopus S. Rupertus non Ratisbonen. nec inter hos numeratus.

De S. Emmerammo vide Vels. Boicar. IV. 228. cum seq. P. Rader SS. Bauar. f
 Tom. I. Arnolf. Com. Wochburgen: apud Canis. Antiq. lect. Tom. I. &c. Auentini com-
 mentum de Pictauia Noricorum vrbe, ex qua S. Emmerammus oriundus, cuiusq; Episco-
 pus fuerit, merito rejicimus certioranos deente Myrao Notit. Episcop. libr. V. p. 385. his
 verbis: PICTONES seu Pictaui, Galliæ populi, Cæsari & aliis noti. AVGVSTO-
 RITVM PICTONVM Ptolomæo. PICTAVIVM Hieronymo, Poitiers, V. E. & A-
 sademia. sub. A. Burdegalensi, &c.

Lubet hoc loco inferere, quod in libr. Tradit. Ecclesia Frisingen. legitur.

Constat vniuersa Deo auctore ordinata cuius nutu futura, eius homo emi-
 nentia euncta excellens signaculum similitudinis conditoris plasmatus fuerat,
 euncta sibi met subiecta adeo fuisset imperatum, cuius largitoris munere viu-
 imus & sumus, ipse enim & vires tribuebat, & intellectum, ipse tempus & lo-
 cum, ipse suo beneficio spiritum inspirans facultati vt congrue succerrere cor-
 pore, vbi beatus Christi martir Emmerammum campum elegit certaminis vt
 victor triumphans perhenne cum Christo frueretur gaudio membris solutus
 amittere spiritum, eius amore, vt ibidem fundarem Ecclesiam vt pio apud Do-
 minum delictorum merear veniam accipere. Sicque peractum est, vt ab in-
 toli iusto emerem pretio meniis Ecclesiam prædicti honoris fabricaui martir
 canona, dudum edificationem constitui honorifice bone memorie Eximber-
 Episcopo dedicatore ordinaui, quibus laboribus me remuneraturum confi-
 do. Propterea ego Ortlab per consensum Abbatis mei Riedhardi prædictam
 Ecclesiam S. Emmerammii in loco Helfendorf constructa trado atque trans-
 fundo ad domum beate & intemerate Virginis Mariæ, & vt ne Canones repu-
 gnare videar Arbonis Episcopi ditioni subsistere debeat excepti beneficii illius
 vite mee, vt ex eis fruatur beneficiis concessæ licentiæ, stipulationes subnexa au-
 tem necessitate cogente filie mee, vt prædictum fuisset eleuamen. Post obi-
 tum vero meo anime pro remedio mee Canonica subiaceat iura vt preno-
 tatum est cum clero & seruiuentibus, cum libertis & allodionibus, cum termino
 & facultatibus ad domum Dei nostri genetricis M. pertinere debeat domum
 Castro Frisingas fundatum. Testes in libr. Tradition. inueniuntur. Actum
 in villa Isana sub die consule Non. Octobr. Anno XXV. regnante domino &
 Illustrissimo Duce Tassilone

Videantur P. Rader. de SS. Bauar. Tom. I. p.

& Vels. Boicar. V. p. 238.

quorum sententia tamquam veriori omnino inherendum.

Vide. Vels. & P. Rader, ubi proxime supra.

X 2

Candi-

i *Candide Velferus, & ut solitus fuit semper, dextrè: De Velipholægo siue Vuol-*
pag. 229. *flaico, quem Erhardo & Alberto subiiciunt, in neutram partem liquet.*

k *Sufficient prudenti lectori, cum fabularum enim cupidus nulla nobis est communio,*
ibidem *quæ Velferus de Vichterbo doctissime: Vichterbum vbiuis terrarum potius quàm Re-*
ginoburgi extitisse Episcopum, eadem rationes euincunt. Neque illos mira-
ri desinam, qui non expensa tam distincta notatione temporum Garibaldum
Vhichterbo successisse, nugari adhuc pergunt.

l *S. WVNIFRIDVS, qui & BONIFACIVS, non est huius loci, nec quidquam hic*
de illo dicendum.

m. *Odonus in Vit. S. Bonifac. lib. 1. cap. 39. Govvibolt nominat, à S. Bonifa-*
Nicol. Se- *cio ordinatū Episcopum in Ratisponensi ciuitate, quæ metropolis Batoaria*
rar. Moysi. *est.*
11 ac 3 pag.

361. & vid. *Velfer. Rer. Boicar. VI. ad Anno Domini DCCXCI. de expeditione Caroli M. cen-*
eundem in *tra Hunnos agens inter cætera isthac tradit: Ex proceribus morte functi Angilra-*
notat. 28. *mus Mediomaticum Archiepiscopus, & Simpertus Episcopus Reginoburgē-*
pag. 497.

n. *sis opinor, gratia & auctoritate apud Regem præstans. Sunt qui eius obitum an-*
no ab hinc septimo referant, priuatos illius Ecclesiæ annales sequuti, verum nos
eorum fidem alicubi vacillare experti, in hanc partem nutamus, nullo præte-
rea per hæc tempora alio obseruato cognomine Episcopo. Corpus in S. Em-
merammi Basilica, quam ampliori forma instauratam ornauerat, conditum,
Arnolf. *Adalvini Successor datus. Qui Constantium Episcopum interijciunt,*
lib. 2. de *Arnolfi testimonio, cuius in hac causa grauiissima debet esse auctoritas, reuin-*
S. Emeran. *cuntur.*

o. *De hoc Concilio Velf: Boicar. VI. ita scribit: Inermis se alius haud paullò in-*
ferior hostis, Fælix Orgelitanus in Pyrenæo saltu Episcopus, per pietatis speciem
exeruit: qui ausus asserere Christum adoptionis tantum iure Dei filium esse,
aduersus Ecclesiam grassabatur. At coacto Reginoburgi concilio, patrum
consensu damnatus, Hadriano Pontifici satisfacturus Romam mittitur. Idem
Velfer. d. loco. Anno 798.] Reginoburgi Adaluinus, coacto Episcoporum & cle-
ricorum, tum quoque nobilitatis concilio, Cathedram ex S. Emmerammi ba-
silicâ in urbem ad ædem S. Stephani transfudit, approbante Rege & Pontifice.
Emmerammi Monasterium in Romanæ sedis fide posthac fuit.

Alteri quoque Concilio interfuit hic Adalvini habito Salisburgi, iussu Caroli
Magni, circa Annum 800. Velfer. Boicar. VI. Anno 807. Concilium Salisburgi
XVII. Kal. Decembr. indictum. Affuere Arnō Archiepiscopus, Atto Frising-
ensis, Adaluinus Reginoburgen. Henricus Sabionensis Episcopi, de decumis
& reliquo sacrorum iure disceptatum definitumque esse, annotatum reperio.
ipsis concilij actis nondum erutis.

p. *Ludouicus diuina prouidentia Rex Francorum & Boiarie. Si nos ex mu-*
nificentia & possessionib. nobis à Deo concessis locis sanctorum aliquid tribui-
Laz. de- *mus, credimus indubitato, illud nobis ad præmium æternæ retributionis con-*
migratione. *ducere. Idcirco notum sit omnibus Christi Ecclesiæ nostricq; fidelibus, quod nos*
h. 7. p. 247.

ex augmento mercedis nostræ, sanctæ Ratisbonensi Ecclesiæ, quæ in honorem
Principis Apostolorum Petri, & beatissimi martyris Christi sancti Hemeran-
ni, qui inibi corporaliter requiescit, constructa est, cui in præsentia vene-
randus vir Paturicus Episcopus operatione diuina præsidet, concessimus ali-
quot prædia nostræ proprietatis, cum aliis circumstitis, videlicet tractum vbi
quædam munitio Herlingoburg sita, in terra Auarorum, cum suis terminis,
ut sequitur, distinguitur. Primo vbi fluuius Erlaphus in Danubium fluit,
incipit modo nominatus circuitus, & extenditur sursum vnâ cum ripis præ-
di&

dicti fluij, vsque ad fines Erdgastegi, Rursus propagatur prædictus tractus à superius nominato fluio Erlapho ex parte Austri vsq; ad medium montis Slauorum Colmiza dicti, vbi duabus arboribus signa certa posita sunt. Et ab eo loco vterius extenditur præfatus locus, ex parte Septentrionali, vsque ad Danubium. Et quæ plura sequuntur in literis quas subscripsit Adelberrus vice Ganzoaldi, anno Christi 832. 8. Octob.

*Sequitur Diploma Caroli Crasli, in quo fit mentio Episcopi
Bathurici.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Carolus diuina fauente clemencia Imperator Augustus. Si membra Christi infirmiora, sed abundantiori honore dignissima, debita charitate amplectimur, & imperialis auctoritatis robore communitimus, id nobis, & ad temporalis tranquillitatis gratiam, & ad æternæ felicitatis gloriam pro futurum sine hæsitacione confidimus. Proinde omnium fidelium Christi tam præsentium quam succedentium noverit industria, qualiter nos Monasterium beatissimæ Virginis matris Domini nostri Iesu Christi Mariæ in ciuitate Ratis. quod dicitur Oberenmunster, quod piæ memoriæ genetriz nostra Henma regina, a Bathuricho Rausponen, Episcopo solenni ac legitimo concambio recepit, vbi ipsa corporaliter sepulta requiescit, in nostræ emuntatis defensionem suscepimus, ea vidl: conditione, vt neque nos, nec quisquam Imperator, aut Rex, aut Dux, aut Comes, aut regalis exactor, siue ex imperiali, siue ex propria auctoritate quicquid ibi ordinandi, aut exigendi habeat potestatem. Sorores quidem Abbatisia decedente, aliam quæ succedat moribus atque vita probabilem, vnanimiter atque legitime eligant. Cui electioni siue ordinationi, non Imperator, non rex, non Episcopus, non aduocatus, non aliquis hominum in aliquo contradicat, nec difficultatem, nec molestiam quamlibet inferat. Sane aduocatum nullum habeant, nisi eum quem Abbatisia, & sororum concors discretio elegerit. Qui etiam aduocatus nihil iuris, nihil potestatis, nihil seruicij ibi requirere præsumat, nisi quod ei Abbatisse & sanctimonialium bona voluntas constituat. Siquis vero deinceps hanc nostræ auctoritatis paginam propter suam cupiditatem infringere voluerit, omnium illorum criminum, peccatorum, delictorum, in extremo & districto examine, in præsentia Dei reus existat, pro quorum absolutione & redemptione piæ memoriæ genetriz nostra ipsum Monasterium ordinauit, ditauit, atque magnificauit, & tamen malum suum studium nihil valeat, sed vsque in finem sæculi hoc præceptum nostrum inuiolabiliter perseueret. Et vt hæc nostræ auctoritatis constitutio firmiter, & certior habeatur, & diligenter obseruetur, manu propria subtus eam firmauimus, & bullæ nostræ impressione signari iussimus. Data XIII. Kalend. Marcij, Anno Dominiæ incarnationis DCCC. LXXXVI. Indictione IIII. Anno Imperij piissimi Imperatoris Caroli in Italia VI. in Francia. V. In Gallia II. Actum in villa quæ Rotuile vocatur in dei nomine feliciter Amen.

Signum domini Caroli Serenissimi Imperatoris Augusti.

Amalbertus Cancellarius ad vicem Luithardi Archicancellarij recognoui. Data XIII. Kal. Marcij Anno Dominiæ incarnationis DCCC. LXXXVI.

X 3

VI. ka.

VI. Indictione IIII. Anno verò piissimi Imperatoris Caroli in Italia VI. In Francia V. In Gallia II. &c. vt supra. In his literis manifeste scribitur Hemmam reginam sepultam apud superius Monasterium. Hemmeranici fratres historiographorum auctoritate asserunt Anno Domini 809. apud se sepultam, & iam olim refossatam.

r De hac contentione & super ea facta transactione ita legitur in libro *Donationum*: Breue commemoratorium de conuentione piscationis & venationis ad Apiriniseo quæ fuit facta inter Luipramum Iuuauenſis Ecclesiæ venerabilem Archiepiscopum, & Erchanfredum Ratesponen, ciuitatis Episcopum. Coadunauerunt se ambo iuxta vnus hominis conditionem cui nomen est Heripald, vt sicut ille veracissimè proferret, ita vtrique consentire deberent. Qui interrogatus, se ab antiquis temporibus recordari respondit, quod de Iuuauen. sede per totius anni circulum in ipso supra nominato lacu vna nauis fieri deberet ad piscationem, alia de castello sursum, tertia de maninseo, excepto autumnali tempore, quando patuli pisces, quos vulgo Labfos vocant coire debent, tunc solummodo in illo angulari loco vbi Iscola fluuius foris emanat, duæ naues ad piscationem illam fieri debeant, scilicet de Salzpurg, & de Maninseo. Simili modo in vernali tempore quando albuli pisces coeunt fieri debet. Sed nunc Erchanfredus Episcopus licentiam dedit, vt tertia nauis ibidem ad illam piscationem fieret. De venatione ita se coadunauerunt, vt vtrisque liceret in ista parte commouere & sic in antea caciando persequi. Similiter de altera parte liceret fieri, ea ratione vt primitus ad notitiam peruenisset ex vtrisque partibus, & tunc cõmuni manu præfatum opus expleatur. Isti fuerunt præsentēs testes Norplest Comes. Arfrid vassus dom. Folchrad pazrih. Vnoz. Gerear. Ratpot. Wiheor. Reginhart, Herupehrt. Tetih. Heripold. Iacob. Fritilo. Gerpold. Vmmili, Gundheri, Wasgrim. Rato. Meginpreht, Adalger. Ilpune. Item Arfrid. Wizerich. Etti. Ruertpreht. Isti clerici. Sigiheri. Erchanboh. Perachtram, Gifalhart, Ratkor, Naudrat, & alij multi nobiles viri atque clerici. Actum ad Maninseo an. DCCCXLVIII. indiēt. XII. sub die cons. XIV. Kal. Aug.

f Otkarium] qui & Otkeriu, sextus in ordine à S. Wilibaldo Eystetenſis Episcopus. Embrichus autem Episcopus Ratisbon. Embricho quoq; & Ambricho appellatur: & notandum circa hanc variationem nominum propriorum quod bene monet R. P. Jacob. Gretſer. in Catalogo Episcoporum Eystetenſium de Erchenbaldo Episcopo agens; Parum porò interest, siue Erchenbaldum siue Erchenboldum scribas: vtraque enim scriptura vsitata est; nec diuersum hominem facit; & frustra sunt, qui Wiliboldum à Wilibaldo & Wuniboldum à Wunibaldo discriminant, & S. Bonifacij comitatum & societatem nouis comitibus & socijs augent. Quoties in istis Germanicis vocabulis mutatura in o. vt Reginaldus, Reginoldus, Reinaldas, Reinoldus, Arnaldus, Arnoldus, & similia? neque vlla certa scribendi ratio in his Anglicis, Saxonice, & Alamanicis vocabulis obseruatur, vt videre licet tam in impressis, quam in calamo exaratis codicibus.

t Huic siue Asperto, siue Ansperto Episcopo transcribit D. Laurentius Hochvvarit in suo Chronico Episcoporum Ratisbonen. commutationem factam cum Otkario Eystetenſi Episcopo, de qua paulo ante mentio fuit facta.

Sequuntur Diplomata Imperatorum & Regum, Tutoni Episcopo, & interuentu huius alijs quoq; concessa.

i. IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Carolus Dei gratia Rex. Si Dei Ecclesijs nostro videlicet Regimine procurandis dignos adhibere

libere curamus honores, non solum terreni, sed & cœlestis regni non dubitamus honore & fastigio nos sublimari. Inde volumus in nostrorum præsentium, futurorumque peruenire notitiam; qualiter conuenit inter venerabilem virum Radesponensis Ecclesiæ Episcopum Tutonem, & quendam hominem nostrum, ut aliquas res eorum inter se, pro ambarum opportunitate partium concambire deberent: quod & fecerunt. Tradidit igitur N. proprietatem suam sancto Emmerammo Martyri, qualem visus est habere, cum omnibus ad prædictum locum ritè pertinentibus in manum Episcopi & aduocati sui N. in perpetuam proprietatem: Econtrario verò retradente eodem Aduocato vnâ cum manu Episcopi accepit prædictus N. de rebus S. Emmerami locum N. cum omnibus appendiciis in perpetuam proprietatem. Et ut huius concambij præceptum firmum stabileque permaneat, manu propria subtus illud firmauimus, annuliq; nostri impressione signari iussimus.

Diploma Arnolphi Imperatoris.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Arnolfus diuina ordinante clementia Rex, si id cuius diuino cultui mancipatur aliquod suffragium * id nobis ad 2. perpetuam beatitudinem promerendam, quidquid profuturum esse credimus. Quapropter nouerit omnium fidelium presbyterorum præsentium scilicet atque futurorum industria, quia nos quandam commutationem in Ba-uaria in pagis Chelezgouue cum Ambricho ven. Reginae vrbis Episcopo, cū consensu totius Collegij sibi subditi fecimus, dedit namque nobis præfatus Episcopus quandam proprietatem eidem vibi contiguam ad Monasterium S. Hemmerammi martyris Christi constructam pertinentem, quæ quia ante illam aliquando ad inclusionem ferarum destinata fuerat, iterum ad hoc ab eo poposcimus concambiandum ac reuocandum. Nos vero in recompensationem eiusdem locelli, vulgari nomine Pruoi nominati, dedimusque ad prædictum Monasterium in pago Chelezgouue in villa Mandorff Ecclesiam cum decima & demum cum curte cæterisque ædificiis & vij hob, de terra scilicet, cum parstalkis omnique censu eorum, cunctisque iuste ad eandem proprietatem pertinentibus, agris, mancipiis, pratis, vineis, pascuis, syluis, aquis, aquarumue decursibus, exitib. & reditib. mobilibus & immobilibus, cultis & incultis. Et iussimus inde hoc nostræ auctoritatis fieri præceptum, per quod sancimus atq; iubemus, ut hæc commutationis auctoritas firmæ & stabilis perpetuis perseveret temporibus, sine alicuius contradicentis impedimento. Ut illa plenior in Dei nomine obtineat firmitatem manu propria confirmauimus, annuloque nostro assignari iussimus. Signum Domini Arnolphi piissimi Regis.

R. Aspert, Cancellarius ad vicem Archicapellani recognoui. Data
N **A** **S** VI. Feb. Dominicæ incarnationis DCCC. LXXXVII. Indictione VI. Actum vrbe Regina, in Dei nomine feliciter Amen. Anno
L I. regni Domini Arnolphi piissimi regis.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Arnolfus diuina fauente clementia Rex: Si debitores sumus, omnibus iniustitiam patientibus lineam æquitate 3. exhibere, dignum fore arbitramur, quatenus Ecclesiasticæ res mundiburdum, ac defensionem a nobis habeant, nullamque perpetiantur iniquitatem. Idcirco nouerit omnium fidelium nostrorum, tam præsentium quamque futurorum industria, qualiter nos quorundam religiosorum virorum relatu didicimus, qualiter quædam res in pago Quiringouue in comitatu Hunol-

fi, infra terminum loci Scouinouua vocati de Monasterio sanctissimi Emmerammi & piissimi Martyris Christi iam longo tempore iniuste fuerint abstracta. Huiusmodi iniustitiam non parui pendentes, iussimus eandem Marcham ad prefatum Cenobium pertinentem, fideles nostros circumducere & quaque discretionem sequestrare. Illi sunt, qui eandem marcham circumdixerunt, Engildeo Com. Odalrich Com. Meginhart Com. Chuniperht Com. Kerolt Com. Kunolt Com. Gero Com. & alii quam plures, quorum nomina alteri membranæ inscripta præsentis auctoritatis nostræ præcepto iacent inuoluta. Ita autem præfati loci terminus ab eis fuit circumductus atque limitibus distinctus. Id est de Murupach vsque ad Marachleo. Inde quoque vsque ad Rispatch. Deinde vsque ad caput Theanpach, inde vsque in rotam & ex rota ad Florginpach, ac deinde ad goldarun. Illinc siquidem vsque smalaga fecit. Deinceps vsque ad grafâ mare salio, ac deinde vsque ad cuiem. Nos quoque ne ulterius exinde aliqua quæstio oboriatur, ex integro eadem res veluti ibidem circumductæ esse noscuntur ad prædictum Cenobium, pro venerandæ memoriæ remedio animæ patris nostri Karlomanni videlicet inuictissimi Regis ac deinde nostræ parentumque nostrorum denuò tradidimus & iussimus inde hoc præsens concessionis nostræ præceptum conscribi, per quod decernimus, atque regio munimine iubemus, vt omnes præordinate res ad ante dictum Monasterium perpetim possidende consistant. Hoc quoque addimus, quatenus ipsæ res quas nos inde in beneficium acceptas habemus, ab eodem Monasterio vlllo modo tollantur, sed si prius non redeant, post obitum nostrum in ius Monasterij redigantur. Et vt hæc donatio & constitutio nostra firma stabilisq; perenniter consistat, manu propria præsens præceptum firmavimus, Annuliq; nostri impressione assignari iussimus.

Signum Domini Arnolphi Inuictissimi Regis. Aspertus Cancellarius ad vicem Deormari Archicapellani recognoui. Data XII. Kal. April. Anno incarnat. Domini DCCCXC. Indiçt. VIII. Anno III. regni Arnolphi piissimi Regis. Actum, Mosapure regia ciuitate, in Dei nomine feliciter: Amen.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Arnolfus, diuina gratia fauente Imperator Augustus.

Regalem igitur condecet dignitatem, vt facta fidelium suorum, quæ communi ipsorum congruunt vtilitati, vt pie eis consulendo perspiciat, ac in posterum mansura gratanter corroboretur. Inde quoque omnium Christianæ religionis fidelium instantis scilicet temporis & futuri agnitum esse volumus notitiuè, qualiter Tuto honorabilis Ratisponensis Ecclesiæ Praesul, & commissi gregis nomine & merito tutissimus prouisor. Et fœmina quædam Nobilis nomine Winbure quandam complacitationis inter se more populari perpetrare curtam nostris præsentarunt obrutibus, supplicantes nostri edicti tenore eum consolidare, quod ita fieri decreuimus. In qua etiam continebatur insertum, quomodo ipsa Winbure proprietatem suam, id est, curtem, quæ dicitur Nordilinga, in pago Retiensi constitutum cum omni integritate sua, exceptis mancipiis XX. & vna Hob, Absa cum Argozzo; tradidit ad Sanctum Petrum, præciosumque Christi Martyrem Emmerammum in manus V. præfati Episcopi & Aduocati sui Geraharij perpetuò in proprium cum Ecclesiis binis decimatis, curtibus & eais aliisque ædificiis, familiis & vtriusque sexus mancipiis, censibus,

fibus, vniuersisque appendiciis & adiacentiis suis. E contra verò eadem Winbure accepit per ipsas manus vna cum prænominato Aduocato suo, per quem & tradidit de rebus prædictorum sanctorum locum Weindinga nuncupatum, *Weindinga* cum attinentiis suis iure complacitationis possidendum. Quo peracto iussimus atque omnino præcipimus, vt huiusmodi complacitationis institutio firma & stabilis perseueret; eo videlicet tenore rationis, vt sæpèdicta Winbure ambas res ex integro, id est, Nordilinga proprium suum, quod traditione filij sui Zuentipulgi nostræque præceptali donatione in possessionem adèpta est, & Weindinga omni tempore vitæ suæ securè habeat, teneat atque possideat. Post obitum verò suum tum Nordilinga quumque Weindinga salua integritate iuri & potestati supradictorum sanctorum seu etiam tuitioni prouisorum illorum absque vllius molestatione subiiciuntur in perpetuum. Et vt hæc complacitationis confirmatio à nullo vaquam Successore nostro violetur, sed in Christi nomine vsque in finem consolidetur, manu nostra subtus eam roborantes, annulo nostro iussimus insigniri. *Signum Domini Arnolphi Imperatoris Augusti.* Engilpero Notarius ad vicem Theotmari Archicapellani recognoui. Actum 15. Cal. Iunij. Anno incarnationis Domini DCCCXCVIII. indict. prima. Anno Regni Arnolphi piissimi Regis XI. Imperij eius tertio. Actum Reganspurg in Dei nomine feliciter, Amen.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ludouicus gratia Dei Rex. Si Pontificum ac ministrorum Dei nostræ celsitudini fideliter famulantium petitiones quas nobis propriis seu Ecclesiarum vtilitatibus ob possibilitatem ferturij nostri innotuerint, ad effectum perducimus: non solum imitando consuetudinem antecessorum nostrorum, verum etiam ad mercedem beatæ remunerationis talia facta nobis profutura prodesse liquidò credimus. Quapropter omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorumque tam præsentium quam futurorum cognoscat industria, qualiter nos pro æternæ mercedis augmento, cuidam venerabili ac dilecto Episcopo nostro TVTONE nominato quasdam res nostri proprii iuris, in ius & proprietatem D. Emmerammi martyris per interuentum ac consilium VEN. Pontificum Adalperonis & Ercanpoldi, imò etiam & reliquorum fidelium nostrorum Luitpoldi scilicet dilecti propinqui nostri, ac Gundpoldi Com. æternaliter possidenda concessimus, hoc est, in pago Nordgeu in comitatu LITPOLDI, in villa quæ dicitur Teorinhoua, quæ pertinebat ad otunassam quæ est contigua loco qui dicitur Sentilapah, cum mansis & mancipiis vtriusque sexus, ædificiis, terris, pratis, pascuis, viis & inuis, aquis, aquarumue decursibus, Molendinis, piscationibus, exitibus ac redditibus, agris, cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, quasitis & inquirendis, & omni communitate vtilitate syluæ, siue in speciali comprehensione, siue etiam magistri alicuius concessione, quicquid iidem serui eodem die vel tempore in potestate ac vestitura ad nostrum seruitium videbantur habere, totum ex integro tradidimus atque transfudimus prænominato Martyri eiusque vicario in ius ac dominationem, perpetuis temporibus, & iussimus inde hanc præsentem scribi auctoritatem nostram, per quam volumus firmiterque iubemus, vt præfatus Episcopus firmissimam inde habeat potestatem, sicut reliquarum Ecclesiæ suæ rerum. Et vt hæc auctoritas largitionis nostræ firma stabilisque perpetuis temporibus perseueret, manu propria subtus eam roborantes annulo nostro sigillari iussimus. *Signum Domini Ludouici Serenissimi Regis Ernustus Cancellarius ad vicem Theotmari Archicapellani recognoui.*

vi. Data XVI. Kal. Mart. Anno incarnationis Domini. DCCCCIII. Indictione VI. Anno vero Ludouici piissimi regis IV. Actum Forcheim Curte regia in Dei nomine feliciter Amen.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Ludouicus diuina fauente clementia Rex. Nouimus nos ad sacra regimina, & ad Imperialem auctoritatem per sanctorum suffragia posse in futurum proficere, & beatæ gratiæ remunerationem æternis diebus mereri, si loca Deo dicata diuino accensi amore procuramus. Ideoque sciat omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurum posteritas, qualiter nos, per interuentionem nostræ dilectæ genitricis Ouræ, quasdam res sui proprii iuris, quas à largitate beatæ memoriæ patris nostri Arnolphi Imperatoris per imperiale præceptum susceperat, ad cellam S. Emmerammi Martyris Christi, nostra regali auctoritate donauimus. Ea quidem ratione, ut easdem res, quædam vidua nomine N. diebus vitæ suæ possideat, ac post dies eius, in ius ac dominationem eiusdem cellæ redeant perpetuis temporibus tenendæ; id est curtem, quæ dicitur N. quidquid in potestate prænominata genitricis nostræ eadem die erit. Quod antea præceptis datum non fuerat, extra vel infra terminum eiusdem curtis totum cum omni integritate per consiliū & consensum venerabilium Episcoporum, nec non fidelium Comitum nostrorum, & cæterorum omnium, sicut præcis temporibus in singulis ministeriis Patrum nostrorum ordinatum fuerat, nihil extra dimittentes, in perpetuam possessionem tradidimus cum regimine, & eiusdem banno, mancipiis utriusque sexus, ædificiis, pontibus & censu, sylua, omniq; vfræ iusdem syluæ, aquis, piscina, vineis, viis & inuiis, exitibus & redditibus, terris, cultis & incultis, molendinis, pratis, pasuis, mobilibus & immobilibus, quæ sitis & inquirendis.

Et iussimus in hoc præsens præceptum conscribi, per quod decernimus, firmiterque iubemus, ut præscripta Ecclesia B. Emmerammi, cui Tuto venerabilis Episcopus præesse dinoscitur, firmissimam cunctis diebus habeat potestatem, sicut cæterarum Ecclesiæ rerum. Et ut hæc largitionis nostræ auctoritas stabilis permaneat, manu nostra subtus eam firmauimus, & annuli nostri impressione sigillari iussimus. Signum Domini Ludouici serenissimi Regis. Engelbero notarius ad vicem Theotmari Archicancellarij recognoui & subscripsi. Data II. Idus Augusti Anno Incarnat. Domini nostri DCCCC. III. anno Ludouici piissimi Regis IV. Indiæ. VI. Actum Ottinga in Dei nomine feliciter, Amen.

Quod antecessores sui non habuerunt] Imò Principes Bavarie ab antiquissimis temporibus, etiam ante hunc Arnolsum Bavarie sue Regem sive Ducem (utroq; enim titulo ab historicis indigitatum reperio) habuerunt. Iam inde à Carolo Magno derivatum; & in consuetudinem & obseruantiam generalem perductum: de quo iure vel consuetudine cum Anno M. D. LXXXIII. de concordatis inter Serenissimum Bavarie Ducem Guilielmum, & Metropolitanum cæterosq; eiusdem suffraganeos auctore Sum. Pont. Gregorio XIII. instituta esse tractatio, pluribus actum fuit: & erit copiosius de hoc dicenda alia magis opportuna occasio.

Vid. P. Rader. de SS. Bavar. Tom. 1. pag. 99. b.

Y. De S. Wolfgango vid. P. Rader. Tom. 1. de SS. Bavarie, & opera videtur adscribere carmen bon. mem. Philippi Menzelij D. Medici experientissimi, cum erga Deum & omnes sanctos insigniter pij, tum S. Wolfgangi cultoris deuoti: cuius sacram adem in Apibus Noricis quotannis inuisere à multo tempore in more habuit.

Sueuorum sublimè decus, sed maior olympi
 Gloria, magne, Deoque idem dilecte, Sacerdos,
 Flos & Pontificum, WOLFGANGE, medulla sacrorum:
 Hæc ne adeò loca sola, & inhospita tecta ferarum,
 Sylvarumque, scopulique assueta cacumina nimbis,
 Posthabito luxu, splendorèque & urbis & aulae,
 Arrisere tibi; Fastis nam testibus olim
 Quum fugeres contagem hominum, vitamque profanam,
 Pertæsus, sancto veterum de more parentum,
 Spontè remouisti montes exul in altos,
 Discludens humiles caelesti pectore curas.

Hic Halo pyrgæas inter memorabilis Alpes,
 Pinifer exhibuit tibi durum Falco cubile
 Sardanapalæis pro plumis, murice & auro,
 Excelsum gelidi montis latus; aspera saxa
 Et caligantem latebrosam in rupe recessum.

Hic simplex epulis ieiunia victus inemptis,
 Conditisque fame, tenui, creberrima, mensam
 Leniit: atque auidam Bachi sine munere fregit
 Vnda sitim: quæ Mosaico (mirabile) ritu
 Te baculo tundente solum, de rupibus imis
 Exitit, en subito saliens: & diuite vena
 Purior argento per saxa arentia rupit.

Nec tibi, qui sanctosque patres, natumque Tonantis
 Ipsum adeò solitus deserta per auia struētis
 Appetere insidiis, multa vafer arte sathanas
 Absuit ignipotens. Namque ut feruenter ad astra
 Erectos animos, & nil mortale morantes
 Deprimeret gelidam coiens formidine sanguis,
 Te spectris malus ille cauis, & imagine falsam
 Terrere aggreditur. Videas nutare minaces
 Falconis scopulos, aduersique ardua montis
 Te super horrendo iam iam impendentia casu
 Conuelli, rapidoque tonare fragore ruinas.

Talia, mentitis magnum per inane figuris,
 Impostor volitans stygius simulacra ciebat,
 At nihil his actum: tu contra pectore firmo
 Supplicibus placidum conuersus ad æthera votis,
 Perstas impavidus: stragemque edentia tergo.
 Et manibus passis obnitens marmora fulcis.
 Iamque patent fraudes, & inania visa fatiscunt
 Illa, precum valido impulsu diffata tuarum.
 Ut pice nigrante quum disijcit ætere nubes
 Obductas Aquilo, solemque serenaque reddit.

Ipsa etiam cautes veteris vestigia facti
 Admiranda, hodie spectantibus obuia, seruat
 Insignita tui capitis, manuumque cauata
 Appressu: diæque crucis victrice trophæo
 Alte inscripta, oculos pascens animosque legentum.

Nec

Nec procul inde lacum qua mons Falconis Abernum
 Despicit, erigitur frondosus in aëra vertex:
 Unde manu ancipitem, stans celsa in rupe bipennem
 Corruptam quatiens (fundandi illustre facelli
 Augurium) es vacuas quondam iaculatus ad auras.
 Illa volans, vim supra hominis, solitumque tenorem
 Longius & Diuisa acta impulsoribus ipsis,
 Vestigando aciem circum huc illucque ferenti,
 Vallis in umbrosa tandem tibi colle reperta est,
 Fatali depacta solo. Nam tanta secutus
 Omnia, caelicolum regi pro tempore paruum
 Hic properans struxit saxis rudioribus aedem.

Quid loquar, ante fores, templique in limine primo
 Marmoræ rupis molem, indubitataque monstra?
 Fortè fatigatos somnus tibi longior artus
 Presserat, in festi iam clarum manè diei
 Productus: quum tu domitor, censorque tuimet
 Ante alios asper, tibi que ipse ignoscere durus,
 Ut sua tam lentum mulcicaret pœna veterum,
 Hæc ad saxa ruens, plantasque manusque pedesque
 Feruidus aggredieris violento allidere pulsu.
 Ecce autem (res mira) manus, plantasque pedesque
 Accipit immerfos, natium oblita rigorem,
 Nuda filex: ceditque locum mollissima tactu,
 Ductilis in morem argillæ, ceræue liquentis.

Cætera quid fando miracula mille retexam?
 Siue tuis olim precibus, dum vita maneret,
 Seu mundi eucto te post melioris ad arces,
 Quæ patrata fuere, hodiè que stupenda patrantur:
 Signatis equidem tabulis, & testibus illa
 In luce, inque oculis hominum versantur, & ore.

Hæc omnis templi paries, postesque sacrati,
 Undique picturis fulgentes, undique signis:
 Quæ suspensa tholo, varijs è partibus orbis
 Votorum posuere rei, donaria monstrant.

*Sequitur Priuilegium Donationis ab Ottone II. Imp. S. VVolfango
 Episcopo Ratispon. factæ, quod Ratisbonæ in monasterio Sancti
 Emmerammi originaliter extat.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuina fauente clementia
 Imperator Augustus. Si erga diuinis cultibus mancipata loca propter amorem
 Dei eorumque in eisdem locis sibi famulantib. beneficia oportuna largimur,
 præmia nobis apud Deum in æterna beatitudine recipere confidimus. Proinde
 notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus nostris præsentibus & futuris
 * qui vir venerabilis Wolkangus regancspurgensis. Ecclesiæ Episcopus, quæ est
 constructa in honorem sancti Petri Principis apostolorum, nec non etiam san-
 cti Emmerammi mart. Christi adiens celsitudinem culminis nostri innotuit au-
 thoritati nostræ in terra quondam auarorum iuxta fluuiolum qui Erlassa dici-
 tur

est locum quendam qui Steinina chiricha nominatur, quem per multa annorum curricula desertum ipse de Bauaria missis colonis incolis fecit. Qui ut tutiores ibi ab infestatione Vnigrorum manere possent, petijt nostram serenitatem, locum quendam inter maiorem & minorem Erlaffam situm, vbi ipsi conueniunt castellum ad construendum, qui vocatur Zuisla. Cuius deprecatione propter diuinum amorem & reuerentiam sanctorum predictorum libenter annuimus, & ipsum locum perpetuo possidendum eidem concessimus Ecclesie, ab eo loco videlicet, vbi prenominati fluuioli confluunt, vsq; in Ibisam vbi ipsum flumen huic confluuium Erlaffarum proximum est, & sursum versus per litus Ibisam vsq; in riuum qui dicitur Zucha, & per hunc vsq; in montem qui dicitur Sclauanice ruznic. Ab orientali autem parte litus maioris Erlaffam vsq; in montana propter munitionem locorum huic donoationi terminum statuimus. Et quidquid nostri iuris est ad donandum infra hos terminos ad sanctum Petrum sanctumque Emmeramum perpetuo iure contradimus. Et si minus quam V. I. regales mansi arabilis terre nostri iuris infra terminos prescriptos inueniatur, vbi proxime iuxta predictum castelli locum habeamus ex vtraque ripa Erlaffam suppleatur. Has itaque res & quidquid in posterum siluarum extirpatione omniq; alia cultura amplificetur, absq; vllius personae obstaculo, cultis & incutis, quaesitis & inquisitis, edificijs, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumq; decursibus, riuis cum riuaticis, molendinis, piscationibus, vijs & inuijs omnibus ad iam dictum terminum iuste legitimeque appartinentijs ad ipsius Ecclesie vtilitatem firmiter tradidimus. Ita videlicet vt supra memorata sedis rectores ob Ecclesie commoditatem liberam habeant potestatem faciendi quidquid elegerint. Et vt nostra largitionis auctoritas firma perseueret, annuli nostri impressione sigillari iussimus.

Hilboldus Episcopus & Cancellarius ad vicem Willigisi archicapellani notauit.

Signum Domini Ottonis magni & inuictissimi Imperatoris Augusti.

Data II. Idus Oct. Anno Dominice incarnationis DCCCCLXXIX. Indictione VI. anno vero secundi Ottonis XV. Imperij autem IX. actum Radaspone in Dei nomine feliciter Amen.

Copia Apostolici Diplomatis, super reliquijs B. Dionysij martyris Ratisbonae.

IN saluatoris nostri Iesu Christi nomine, Amen. Leo Episcopus seruus seruorum Dei, Karissimo filio inclito regi Francorum, ac venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis in Christo filijs, Abbatibus, Prioribus, Praepositis, & Decanis. Vniuersisq; tam subditis quam praelatis eiusdem regni, salutem & apostolicam benedictionem. Deus omnipotens, qui non immerito per prophetam in sanctis suis esse mirabilis praedicatur, mira quaedam inscrutabilis consilij profunditate disponit, quae dum considerare non sufficit mens humana, ipsa suimet infirmitate deficiens, in quendam sui excessum rapi cogitur & stuporem, quod ipsi nos nuper experti, & vobis in Christo carissimis, & vniuersitati fidelium promulgare compellimur, vt & Dei opera pariter ammiremur. Nam cum per instantiam Serenissimi Imperatoris Henrici ad partes Germaniae visitandas, ac praecipue ad urbem quae dicitur Ratispona vel Regenspurgeuocati essemus, ad venerabile corpus B. Wolfgangi eiusdem urbis Episcopi transferendum, hoc ea, qua decuit reuerentia & deuotione peracto, tui Francorum Rex in Christo fili Karissime, nos legati, tua tuorumque omnium vice sollicitè rogauerunt, quatenus litem, quae inter vos, & urbem praedictam supra sacrosanctis ossibus Beatissimi Dionysij Ariopagita fuerat diutissime ventitata, veritate discussa

dirimere curaremus. Vobis quidem eadem apud vos esse dicentibus: Ciuibus ac incolis vrbis præfatæ aſtruentibus è conuerſo ea per inuidiſſimum Arnulphum quõdam Imperatorem ad Eccleſiam ſancti martyris Emmerami eſſe translata; ibi denique deinceps contineri. Quæ quidem Eccleſia inibi ſita eſt, atque ab omniaſiorum ſubiectiõne ac iuriſdictione libera ac exempta, ad ius atque proprietatem Beati Petri, apoſtolicæque ſedis immediate pertinere diſcoſitur, oblatione videlicet Excellentiffimi Romanorum Imperatoris Caroli magni, ac poſteriorum ipſius; qui eidem haſtenus ſucceſſerunt ſeu in Imperio, ſeu in regno. Idipſum nihilominus venerabilis Abbas Reginbardus, ac fratres eiufdem Eccleſiæ cum vniuerſitate Ratiſponen. inſtantiffimè petiuerunt fieri. Noſ ergò vtriuſque partis precibus inelinati, nec volentes vltcrius corda fidelium dubij huius ambiguo caligare, in fratrum noſtrorum, ac plurimorum Episcoporum ac Prælatorum præſentia & conſpectu, ſcripta Arnulphi Auguſti, ordinemque rei diligentiffimè perlegentes, nec eo contenti Capſas, Thecas & ſerinia in quibus ſacræ reliquiæ conditæ dicebantur, ac titulos & epigrammata eorundem oculotenus ſolerti examinatione diſcutiendo, nihilque omitendo quod ad indagatiõnem certitudinis pertinet, tam imperialibus quam papalibus antecelſorum noſtrorum literis ſufficienter inſtructi, picturis quoque parietum multiplicibus, & ſculpturis vetuſtiſſimis exprimentibus indicia veritatis, & notas indubitata fide comperimus, dicti Doctõris & martyris oſſa venerabilia, excepta particula vnica, ſimul & minima manus dextræ, apud memoratum Beati Emmerami martyris cœnobium integraliter contineri. Etenim ne teſtimonia hominum, quæ iam diximus non ſufficerent, diuina quoque non deſuere prodigia & portenta, quæ dubium omne penitus abegerunt, quæ nos quoque conſcribi iuſſimus diligenter, vobis que tranſmitti per veſtros nuncios ac legatos, nec non apud Eccleſiam prædictam perpetuo conſeruari, vt & ad poſteros geſtæ rei notiſia deducatur, & vltcrius litigandi materia penitus conqueſcat. Inſuper diſtictè etiam præcipimus ſtatuentes, vt translationis ipſius veneranda ſolemnia tam à fratribus eiufdem Eccleſiæ, quam ab vniuerſis vrbis iam dictæ annis ſingulis cum omni iocunditate & gaudio celebretur, totaque tripudiet regio Germanorum tanti patris atque patroni aduentui non ingrata. Vos autem in Domino dilectiffimi filij, rex Francorum tuique fideles, quamuis inuidendi theutoniæ gaudio videamini iuſtam quidem habere materiam, ita vt merito putatis de Allemannorum vobis lætitiſia ſit dolendum, conſiderantes tamen & Dei omnipotentis, & inuidi martyris ſui, quem ablatum plangitis, conſolationis tandem admittite placamentum, penſantes attentius, quod nec vobis totus ablatuſ eſt, quippe qui chariſſimos prædicationis ſuæ & paſſionis conſortes Ruſticum & Eleutheriũ in dilectionis adhuc & tutelæ pignus dereliquit. Nec dolete ſi Germanos iam viſitare dignatuſ eſt vel deſunctuſ, qui vobis adhuc viuus prædicauit, & apud vos bonum certamen certauit curſum conſummando, fidem ſeruando triumphum peregit victorioſiffimæ paſſionis apoſtolatuſ ſui, ſuper voſ ſigna tam in vita perficiens quam in morte. Curigitur Alemanniam ipſius oſſa fouere non permittatis in ſolatiũ & tutelam, quem vobis Athenæ, vt Chriſto voſ lucrifaceret, viuũ recipere, audire, & tranſmittere permiferunt? Accedet nihilominus conſolationis & aliaratio & auctõritas, ſcilicet & excellentia ſubtractorum. Pretioſum quidem theſaurum voſ perdidiffẽ fatemur, ſed ablatoris attendite dignitatem, ſimulque patris & apoſtoli veſtri gloriæ congaudete, qui cum voſ meritõrum & doctõriæ ſuæ gaza ditauit, & reliquiarum ſuarum ſaltem ac oſſium pretioſitate locupletaret Theutonicas etiam apothecas, tam deuorum ſurem ſui corporis habuit, quam

quam insignem auro utique & topazio meliorem, qui sui valore ad ossa sua sanctissima subtrahenda Casareum etiam verticem inclinavit, nec maiestas imperialis, nec regia celsitudo pij furis hic notam aut nomen erubuit in Arnulpho, dummodo beati corporis opibus vel doli vel furti atque sacrilegij modo satiari atque direfcere mereretur; & qui fures atque sacrilegos solitus erat condemnare, dummodo macharij Dionysij pretioso corpore frueretur, fur ipse hic fieri, & sacrilegus non contempsit. Cuius insuper fides atque deuotio dubium etiam omne per hoc penitus amputauit, quod non in ipsa Roma, non in quacunque metropoli, non in vrbe qualibet regni vel arce sibi studebat eligere sepulturam: sed suum vbi se Dionysium condidisse & sciuit & latebatur, suo se sperans patrocinio defendendum, & resuscitandum in die nouissimo cum beatis. Igitur dilectionem vestram monemus attentius, & hortamur in Domino, districtè quoque præcipientes, quatenus beatis Rustico & Eleuthero piè contenti, non fallentes vosmetipsos & alios, beatissimi Dionysij ossa in vrbe Ratispona apud Ecclesiam S. Emmerami martyris & noscatis & fateamini coruscare. Datum & actum Ratisponæ, Anno Domini Millesimo Quinquagesimo secundo, Non. Octobr.

*Refert D. Laurentius Hochvvar in suo Catalogo Episcoporum Ratisponensium h-
storiæ, auditu, ut ipse ait, quam imitatu iucundiorẽ, quam hic repetere volui.*

bb.

Lib. 2.

cap. 195

Anno Domini MLXIV. Sigifridus Mogonciacensis archiepiscopus, Wilhelmus Traiecten. Guntharius Babenberg. Otho Ratisponen. episcopi, Ale-
mannus à sacris Augusta, Fridericus Damascæ, Ekardus Schirorum, Ortultus
Hochvvartorū Comites, atq; alij quam plurimi tum Episcopi tum nobiles Gal-
liarum columina autumnali tempore hierosolymam orandi voto petunt. Cum
autem eorum numerus vsq; ad septem millia fuisset auctus, dum anno domini
1065. suarum opum magnitudinem gentibus per quas erant iruri iactantius o-
stentarent, extremum sibi malum, nisi domini pietas illos paululum restituisset,
accesiuerant. Nam Barbaros, qui vicatim ad tam celebres peregrinatores con-
spiciendos, vndiq; concurrebant, peregrinus cultus in admirationem, appa-
tus autem ingens ad spoliatorū dulcedinem illiciebat, peragrata itaq; Lycia, cum
Saracenorum fines iam intrassent, nec iam multum ab oppido, cui Ramulo no-
men est, abessent, proximo perasceue ante pascha circiter horam diei terciã ab
Arabibus prædatoribus incurfati sunt. Primi qui salutem armis tutari conabantur
casi sunt, & omnibus rebus expoliati, nudi relictī sunt in campo, inter quos
Wilhelmus Traiecten. episcopus brachio plagis debilitato, nudus & seminuius
iacuit, reliqui qui lentiores erant ad pugnam lapidibus eiaculatis, quod genus
telorum locus ipse tum ministrauit, non periculum, sed mortem imminentẽ
differebant, pedemq; pedentim retrahentes in castellum, quod post se viderant
in ipso itinere mediocriter distare, peruenerunt. Capharnaum hoc ẽ vocabuli
similitudine coniciebant esse. Illuc ingressi atrium quoddam, materia humi-
li, & ex vetustate fragili septum occupant. In cuius medio domus erat cana-
culum habens satis editum, & ad repugnandum quasi ex industria prepara-
tum. Huius superiora Moguntinus & Babenberg. episcopi, cum suis clerici-
cis, Inferiora Otho cum cæteris episcopis sibi vendicabant. Laici omnes ad vim
hostilem arcendam, & putrem materiam defendendam distinarunt impigre, &
primã quidem certaminis procellam, lapidum iactibus propulsaere. Sed cum
Arabes magnam telorū imbrem in eos coniecissent, & ipsi plerumq; impressio-
ne in eos facta, clipeos & gladios eorum manibus excussissent, non solum iam
materiam tueri, sed etiam portis interdum erumpere & pugna cominus auda-
cter lacessere. Quorum imperũ dum Arabes nullo iam loco, nulla acie sustinere
possent,

possent, consilium tandem à tumultuaria congressione, ad obsidionem parandam vertunt, ut inedia lassitudineq; conficiant, quos ferro non poterant expugnare. Itaque multitudinem qua satis exuberabant; XII. siquidem milibus; confecti sunt, ita partiti sunt, ut alij vicissim alijs ad oppugnationem succederent, nec ullam illis respirandi copiam facerent, hoc pacto Christiani tota perasceue, toto sabbato, vsq; ad terciam fere horam paschalis festi, diu noctuq; sine intermissione sunt oppugnati, ut totum triduum cum Iesu Christo ex cruciati duxerint infomne. Cibi & potus, cum mors illorum oculis obuersaretur, nullum desiderium erat. Quod si magnopere desiderassent, nihil omnium quod fumerent, inopes rerum habebant. Cumque die tercio, iam inedia laboribusque profus exhausti, ad vltimum periculorum peruenissent, quod virtutis conatus membra ieiunio fracta non sequerentur, quidam presbyter exclamauit, perperam illos agere, quod spei plus in armis, quam in deo ponerent, calamitatem quam deo permittente incidissent, suis viribus propulsando, propterea sibi placere, deditionem facerent, præcipue cum inedia triduana iam illos pugnae reddidisset inutiles. Deo facile esse, deditis & sub iugum missis, misericordia sua respicere, qui suos toties in vltima necessitate positos mirabiliter liberaffet. Barbaros non illorum vitam, sed opes appetere, quibus acceptis incolumes abire facile passuros omnes. Placuit consilium, statimque ab armis ad preces conuersi, per interpretem ut in deditionem acciperentur orabant. Quo audito dux Arabum citato equo in primos aduolat, & submotis cæteris, ne admissa multitudo prædam passim distraheret, ipse septemdecim suæ gentis honoratissimos secum adsumens ingressus est, filio suo præsidij causa pro foribus relicto, ne prædæ auidi post se non vocati fortassis irrumperent. Cumq; scalis admotis in cænaculum Moguntini & Babenbergensium episcoporum, cum paucis ascendisset, Guntharius Babenbergensium ætate quidem iunior, sed virtute & corporis dignitate ab omnibus prælatus, rogare cœpit Barbarum, ut omnibus que haberent, vsq; ad nouissimum terenciolum sublati, nudos se sineret abire. Ille tot congressionum clade efferatus, & victoria superbiens, ait, se iam triduo aduersum eos, non sine grandi exercitus damno belligerasse, ut suis conditionibus erga victos ageret, non quas ipsi constituissent. Ne ergo spe falsa eluderentur, se rebus illorum omnibus conuasatis, etiam carnes eorum comesturum & sanguinem bibiturum. Nec mora, linteum quo more gentis inuoluerat caput expediens, facto vinculo in collum episcopi iniecit; episcopus ut erat vir liberalis verecundiæ, grauitatisq; admodum maturæ, non ferens ignominiam, tanto nisus pugnum illi dedit in faciem, ut vnico ictu consternatum ad pavementum vsq; præcipitem daret, vociferatus, prius cum pœnas daturum pro impietate, qua manus impuras in Christi sacerdotem profanus, & idololatra mittere præsumpsisset. Irruunt protinus alij clericici & laici, & tam huic quam cæteris, qui cænaculum ascenderant adeo nexibus artatis manus à tergo constringunt, ut rupta cute per vngues sanguis plerisque profueret. perlato autem facti tam audacis iudicio ad eos, qui in inferiori domus parte consistebant, & ipsi principes Arabum, qui apud se erant, itidem nodis illicant, posthac omnes Laici sublato in altum clamore, vocatoq; in auxilium Christo, rursus arma capeunt, maceriam occupant, præsidium, quod circa portas erat conferta manu fundunt fugantq;: & sic alacres sicut inouatis inopino successu viribus vbiq; rem agunt, ut nihil lassitudinis ex inedia laboreq; triduoano putares accessisse. Arabes hanc alacritatem tam subito & rebus trepidis & desperatis ortam admirati, nec aliam huius nouitatis causam suspicati, quam quod de principibus suis sumptum fuisset supplicium, infestissimis animis in pugnam ruunt, & cuneo facto, per arma, per viros in castra perumpere parant, & actum

de nostris erat, nisi maturo consilio Christiani victos eo loco principes starent, ubi vis hostium atrocissima, & creberrima nix telorum impluebat, apposito super eorum capita spiculatore, qui strictum manibus gladium tenens clamabat per interpretem. Ni quiescerent ab oppugnatione, non armis aduersum eos, sed principum capitibus dimicatuuros. Tum ipsi principes, quos praeter vinculum acerbitatem imminens quoque; ceruicibus gladius vehementer angebat, ciulatu magno suos obtestabantur, vt moderatius agerent, ne certamine prorsus obstinato Christianos in sui supplicium necemque; cum praecisa foret omnis spes veniae, irritarent, filius ducis Arabum periculo patris attonitus, gradu quam concitatissimo in suorum confertissimum gregem se dedit, & furientis exercitus impetum, voceque; manuque; increpans retinuit, in hostesque; tela iacere prohibuit, quae non hostes, vt ipsi putarent, sed sui principes proprijs pectoribus excepturi forent. Hac occasione parumper ab armis & incursionibus vacatio data est, nunciisque; venit in Christianorum castra, missus ab iis, qui in perasceue cunctis amissis, nudi saucique; Ramulo usque; perixerant. Is amaritudine metu confectis mentibus, magnum attulit refrigerium, sub indicans ducem praedictae ciuitatis paganum licet, diuino tamen, vt putabatur instinctu, animatum, cum ingentibus copiis ad ipsos liberandos aduentare. Nec latuit Arabes aduentantium hostium fama, statimque omnes auersis ab aliorum oppugnatione ad seipsos saluandos cogitationibus, praecipiti fuga, quo quemque; spes euadendi vocabat dilabuntur. In ea trepidatione dum alij ad alia curanda discurrerent, vnus victorum euasit, vsus opera cuiusdam Saraceni, quem ducem habebant itineris Christiani, tanto omnium dolore, tanto gemitu, vt ab eo cuius indulgentia dimissus erat, aegre manus abstinere. Nec multo post dux, vt nunciatum erat aduenit, pacificeque; in atrium Christianis susceptus est, omnibus tamen inter spem metumque; suspensis, ne forte non sublata calamitas, sed hostis tantum mutatus esset, & ob rei nouitatem non temere credentibus, qui Satanam Satanas eijceret, & paganus paganus ab infestando Christiano prohiberet, Primo omnes victos sibi praesentari iussit. Quos cum aspexisset, & quae facta fuerant audiisset ordine, maximas Christianis gratias egit, pro magnifice rebus gestis & acerrimis hostibus reip. fortiter expugnatis, qui regnum Babilonicum iam longo tempore populationibus assiduis infestassent, & magnos plerumque; contra se instructos acies pugna commissa obtriuisset, Traditos eos custodibus Regi Babiloniorum viuos seruari praecipit, Ipse pecunia quantam conuenerat, a Christianis accepta, secum eos Ramulo perduxit. Deinde addito eis expeditorum iuuentum praesidio, ne qua denuo latronum incursione periclitarentur, vsque; hierosolimam eos perduci iussit, nihil deinde discriminis in eundo, nihil in redeundo perpessi Lyciam peruenerunt, gratias deo referentes, qui emensis tot rerum asperitatibus viuos & incolumes in portum addaxisset. Ex hoc per Christianorum fines reditum facientibus, omnia cedebant ex sententia. Vbi vero peruentum est in Vngariam, Guntharius Babenbergae Episcopus, heu in aeterna morte praeventus prosperae aetate reuersionis lugubrem omnibus exitum fecit. Decessit autem X. Kal. Aug. aetate satis integra, vir praeter morum gloriam, & animae diuitias, corporis quoque; bonis ornatus apprime. Natus erat ex primis palatii, priuatis possessionibus praeter episcopatum affluentissimus, lingua promptus & consilio, literis eruditus, tam diuinis quam humanis, tum statura & formae elegantia ac totius corporis integritate ita ceteris emjnens mortalibus, vt in illo hierosolymitano itinere ex urbibus & agris, eius spectandi studio confluerent, vnde cum in illis in diuersorio plerumque; turba petulans propter ipsum molestior esset, compulsus est aliquoties a ceteris episcopis, vt in publicum procederet, & obsidentem fores multitudinem sui spectaculo a ceterorum vexatione auocaret.

caret, ipse vero nihil huius felicitatis splendore factus insolens, ita propter Deum hominis gloriam contemnebat, vrinfirmæ quoque conditionis hominibus popularem sese præberet, & à seruis suis plerumque maximas verborum contumelias inultus acciperet. Celebri itaque pompa funeris in patriam reportatus, & magnis omnium qui eum nouerant planctibus exceptus, in Babenbergen. Ecclesia, vbi a puero adoleuerat, sepultus est. Successit in Episcopatu, sed symoniae Herimannus Vicedominus Møguntinus, qui in eadem hierosolymitana peregrinatione constitutus, dum eum inualecente ægritudine videret ad exitum vrgeri, legatione præmisit ad necessarios suos, quibus domi discedens sua familiaris dispensationem delegauerat, petens vt sibi ad Episcopatum quaqua ratione possent, aditum pararent. Quod & sedulo fecerunt, in coemptionem cuius, argenti & auri inæstimabili pondere profuso, eo tempore & Eilbertus Parauieñs. Episcopus obiit, cui Altman sacellanus imperatricis successit, qui dum ipso tempore cum cæteris principibus hierosolymam abiisset, per interuentum Imperatricis absens designatus est Episcopus.

cc. **I**n nomine Sanctæ & indiuiduæ trinitatis. Henricus diuina fauente clementia tertius Romanorum Imperator Augustus. Omnibus Christi fidelibus tam futuris quam præsentibus notificamus, ac manenti memoriæ committimus, qualiter tempore Othonis Ratisbonen. ciuitatis Episcopi Scotigenæ quidam, pro cruciando corpore, saluandaque anima patria sua exularant, ac diu orationum loca visitantes, Ratisponam tandem venerant. Qui dum licentia prædicti Episcopi, assensuque Domine Abbatisse Willæ, quæ tum apud S. Mariam in Monasterio superiori præerat, Ecclesiam in Wihen S. Petri vulgo dictam ad idem superius Monasterium attitulatum ministerio orationis prouidendam susciperent, mox officinas claustrum adiutorio bonorum ædificant, monachicamque vitam inibi celebrant, & ab elemosynis fidelium tantum ibi vitant, tandem pro Dei misericordia concessum est eis aliquantulum iustitiæ & utilitatis ad eandem Ecclesiam pertinentis. Deinde ad me Henricum Dei gratia tertium Romanorum Imperatorem veniunt, & mundiburdium defensionis meæ expetunt. Ego vero petitionibus eorum facile acquiescens, in mundiburdium defensionis eos suscepi, & talem libertatem à prædicto Episcopo Othone, & ab Abbatisa Hazega, quæ tum locum S. Mariæ in superiori Monasterio regebat, eis acquisiui: vt nulla persona maior vel minor in eos, aut in bona eorum qualemcumque dominationem habeant, præter me & successores meos Reges vel Imperatores; sed securi maneant absque omni eiectione vel perturbatione, orantes pro se, & pro salute totius Ecclesiæ. Locustamen subiectus sit superiori monasterio cui adtitulatus est, ad defensionem potius, quam ad destructionem. Si quis autem huic testimonio libertatis contradixerit, seu eos monachos peregrinos in aliquo molestauerit CCC. libras fisco nostro persolvere constituo. Et vt hæc auctoritas libertatis firma permaneat, hanc chartam inde conscribi, & sigilli mei impressione iussi insigniri. Data est Kal. Februarij, Anno Dominicæ incarnationis M. LXXXIX. Imperij quidem anno V. Actum Ratisponæ feliciter Amen.

Vid. Hoch.
Sart. lib.
2, cap. 19.

Signum Domini Henrici



Tertij Romanor. Imper. Aug.

Herimannus Cancellarius recognoui.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Henricus diuina fauente elementia dd
 quartus Rom. Imperator Augustus. Nouerit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fide-
 lium nostrorumq; vniuersitas presentium scilicet ac futurorum, quod pro remedio
 animæ patris nostri Henrici III. Imperatoris, rogatu Scotigenarum nec non obin-
 teruentum Principum nostrorum, Alberti Moguntinensis, Adelbaldi Magdabur-
 gen. Archiepiscoporum, & Episcoporum, videlicet Ottonis Babenbergen., Vdal-
 rici Constantien. Comitum quoq; Herimanni de Saxonia, Gotfridi de Caloen,
 Hermanni Marchionis, & aliorum nostrorum fidelium in nostrum mundiburdium su-
 scepiimus Ecclesiam Ratisponæ, quæ iacet ante portam occidentalem, quæ
 Roselint, alias Ruselin porta dicitur, Quam Otto Ritenburgen. vrbis præfectus
 Ratisponæ, & alij quidam ex ciuibus eiusdem prænominata ciuitatis, videlicet
 Matho, Vdalricus, Luduinus, Adelhardus, & frater eius Anebast, Otto, Henri-
 cus, Hefelinus & filius suus Ruobertus, Balduuinus, Eggehardus, Luduvinus
 Wizenlinus, Lubelbertus, Dietmarus, Engilscaucus emerunt ab Adelhuno &
 filiis eius Vdelrico & Adelluino, & prædico illo, quod Monepach nominatur
 dotauimus, assensu quoque Hartuwigij venerabilis Ratisponen. Episcopi, Fri-
 derici aduocati Ottonis Comitum, Alberti Comitum, Henrici aduocati, Matho-
 nis & aliorum prælatorum eiusdem loci, donantes ea sanctæ Mariæ matri Do-
 mini, & sanctis Apostolis Dei Petro & Iacobo, sicut mos est sanctis tradi, sine
 omnium contradictione, quatenus in illorum honore Deo ad seruiendum Ec-
 clesiam ibidem construerent, quod & ita factum esse ab omnibus cernitur, eo
 siquidem tenore, vt eadem Ecclesia in perpetuum libera permaneat, nec ab ali-
 qua persona magna vel parua ibidem Deo famulantes grauentur, nec quicquã
 feruitij nisi soli Deo & sanctis eius alicui inde soluere cogantur. Si quis autem
 hanc libertatem infringere tentauerit, XII. libras auri compositurus banno no-
 stro subiacebit, medietatem Camerae nostræ, & medietatem supradictæ Ecclesiæ.
 Quod verueris credatur, & ab omnibus obseruetur impressione nostri sigilli ius-
 simus inscribi.

Signum Domini Henrici quarti



Rom. Imper. inuictissimi.

Arnoldus vice Adelberti Archiepiscopi & Archicancellarij recognoui.
 Data VII. Kal. April. Indiçt. IV. Anno Domini incarnationis MCXI. Anno
 ordinationis Domini Henrici Regis Romanorum XI. Regni autem eius
 VI. Imperij verò primo. Actum est Goslaræ, in Christo feliciter, Amen.

Ordinatio Episcopi Conradi, de Capella S. Saluatoris Ratisponæ.

CVnradius Dei gratia Ratisbonensis Ecclesiæ Episcopus. Volentes anima-
 rum providere saluti vocatos ad nos viros bonos, qui dicuntur fratres mi-
 nores, quorum vita sanctitatem redolet, & mores honestatem, a quibus etiam
 verbu Dei seminatum, eo amplius ædificat ad correptiones hominum, quanto
 euidentius hoc ipsam affirmant eorum actiones, quod docere solent ex iniun-
 cto sibi officio prædicantes, locauimus apud Capellam S. Saluatoris, quæ iure
 fundi spectare dinoscitur ad Ecclesiam S. Ioannis Baptistæ, vt ibi diuinis va-
 cantes obsequiis, prædicantes etiam fructuosum domino prestent famulatum.
 Ordinauimus autem mansionem eorundem bonorum fratrum in area vicina
 dicte

dictæ capellæ, & eidem attinente in domo sumptibus nostris ædificata, vbi Wernherus Ecclesiæ S. Ioannis Canonicus, tunc eiusdem capellæ possessor legitimus, aliam domum prius ædificauerat, quam Ecclesiæ prædictæ S. Ioannis pro remedio anime suæ tradiderat, sub hac forma memorandæ traditionis videlicet vt eandem domum quilibet in capella eius successor ad opus suum de cætero possideret, eamque vetustate dilapsam repararet, soluturus etiam ex ea annuatim in festo beatae Katharinæ Virginis & matyris. LX. denarios Canonice sui festum deuote celebrantibus distribuendos, pro cuius domus & areæ recompensatione non de consilio & bona voluntate Capituli nostri donauimus eisdem Canonicis libram vnã denariorum annuatim soluendam de Ecclesia nostra in Ponderoff a Sacerdote qui nunc præest, & a quolibet qui in futurum præerit illi Ecclesiæ, siue vice & nomine procuratoris, aut perpetui Vicarij iure, aut etiam legitimi pastoris. Nec vlla difficultas obstet, aut dilatio, aut præpediens occasio, quæ possit aut debeat, prædictæ pecuniæ solutionem singulis annis, in festo beati Emmerami de cætero retardare, aut eius euentui cōtraire. Nec hoc prætermitti debet a Canonicis, quin annua prænominata solennitatis exequutio, scilicet præordinata fuerat de prioris domus pensione, ita semper ordinetur de ipsius recompensatione. Concessimus etiam ex gratia nostra ipsis Canonicis, vt de cætero semper habeant, ad supplementum suarum præbendarum, dotem ipsius Capellæ, agros quosdam in Villa Altha, vnde soluitur annuatim libra denariorum. Cuius tamen quietam possessionem & antedictæ libræ singulis annis perceptionem prænominatus W. quamdiu vixerit habebit, sed post mortem eius cedet ad vsu vniuersitatis. Idem etiam tunc agent anniuersarium depositionis nostræ diem vigiliarum exequiis & missarum. Si vero fratres minores in eodem loco institutos aliquo casu emergente abire contigerit, Capella cum attinentiis omnibus ad caput ordinis eiusdem nihilominus respiciet quamdiu durabit, vt nihil in eius præiudicium ordinetur, donec totus cessauerit, aut illam noluerit habere capellam, tunc primum capella cum suis attinentiis ad Ecclesiam S. Ioannis redibit, at tamen libra semper dabitur Canonicis annuatim in termino supra memorato. Vt autem hæc institutio firma semper permaneat, præsentem paginam scribi fecimus nostri sigilli appositione confirmatam, & sigillo capituli maioris Ecclesiæ cum testibus subnotatis. Testes sunt Gotfridus præpositus maioris Ecclesiæ, Magister Rubertus Decanus, Vlricus Vicedominus, Magister Hermannus Scolasticus. Vlricus de Weide Archid., Eberhardus Comes de Abensperg, Archid. Dietricus de Schoneuelt, Vlricus de Talmeyzinge Selpfradus Capellanus, Chuonradus de Veltkirchen, Chuonradus de Taufkirchen, Magister Chuonradus de Kirchpergk, Alhardus de Hutte, Henricus de Lerchenuelt, Hermannus de Svvinde spach, Actum Anno Dominicæ incarnationis M. CC. XXVI. Indictione XIV.

¶ Quibus porrhò insidiis Conradus Rex. Imp. Friderici II. filius Ratisbonæ in Monasterio S. Emmerami petitus fuit ab Alberto & fratre huius Patauien. Episcopo Berchtoldo, & quo euentu, dilucidè si quisquam alius, narrat auctor Chronici Episcoporum Patauien. sub Berchtoldo, sequentibus verbis.

Ecce communi voto Dominus Ratisponensis cum suis fratribus, & domino Conrado de Holnuels, Ratisponam adeunt (vbi tunc Conradus Rex fuit, qui possessiones Episcopi & ministerialium Ratisponensium incendiis deuastauerat) milite adiuncto muros ciuitatis circa monasterium S. Emmerammii transeunt, proxima nocte post Innocentium, & quasi media nocte palatium intrantes, ostia cameræ in qua Conradus Rex cubabat, cū securibus execantes, & cū per explorata

ploratorum dicta non plures quam Regem cum quatuor sociis in ea dormire putabant, duobus occisis & tribus captis, credebant se occidisse Regem, sed noctu sextus fortuito casu superuenerat, & loco ipsius Regis est interfectus. Rex autem latitans sub scamno valde miraculose vi numinis periculum mortis euasit, propter quod factum (quia Vlricus abbas eiusdem facti suspectus habebatur) dictum Monasterium Rex Conradus & Dux Otto in prædiis & in ædificiis multiformiter offenderunt, venerant prædicti ministeriales ad Episcopum suum, qui foras muros ciuitatis cum multis armatis euentum rei sollicitus expectabat.

Post reconciliatos Regi Conrado Monachos S. Emmerammi clerum etiam cum ciuibus concordiam iniuit conceptis literis qua sequuntur.

IN nomine Domini Amen. Vniuersis Christi fidelibus præsentem paginam inspecturis, Henricus Dei gratia Decanus cum vniuersitate capituli maioris Ecclesiæ Ratisbon. salutem in domino. Cum occasione generalis discordiæ inter S. Patrem nostrum dominum Innocentium, ac Fridericum quondam Imperatorem suscitata, membra Ecclesiæ capiti suo cohærentia quod non decet, a capite discedere, in multis partibus & maxime per Theutoniam solita pacis & quietis solatio fuerunt orbata, pestem illam ad instar cancri serpentem in his vltimis temporibus vsque ad nos plusquam credi potest, contigit deriuari. Nam cum venerabilis pater noster Albertus Ratisbonen. Episcopus, quosdam Burgenses captiuasset, & in vinculis captiuos teneret, Dominus Chunradus natus quondam Friderici Imperatoris, vna cum illustri Duce Bauariæ & liberis suis ad ciuitatem Ratisbon. manu armata, & copioso exercitu diuerrentes, clerum & alios religiosos Ratis. ciuitatis, & diocæsis in personis & rebus hostiliter & grauiter offenderunt, adeo quod quidam à domibus eorum & vniuersis rebus eiekti, alij vero bonis sunt spoliati, quidam etiam vt personas saluarent, & id quod habebant, cum ipsis transigere sunt coacti. Et quod non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare, & culpam præcul dubio habet, qui quod potest corrigere negligit emendare, cum scriptum sit, quod non solum qui faciunt, sed & qui facientibus consentiunt, participes iudicantur, videbatur nobis & aliis, & non immerito, quod ex conuientia ciuium Ratisbon. hæc damna fuissent nobis tam atrociter irrogata, vnde fuga subsidium eligentes quidam ex nobis, se ad alia loca transtulerunt, alij vero mediantribus treugis, non semel sed sæpius interpositis in ipsa ciuitate non sine metu tamen rerum & corporum steterunt. Dicti vero Burgen. innocentiam nostram, & reliqui cleri considerantes, quod nullis nostris exigentibus meritis iacturam istam pateremur, mærentes etiam dissidium vnionis nostræ, cum hæc tam nobis quam ipsis non modicum dispendium generaret, studiosè tractare coperunt qualiter ad concordiam & vnionem nos cum ipsis pariter reuocarent, & fratres nostros absentes per literas ipsorum patentes ad ciuitatem Ratisb. euocantes, multis se circa nos allegationibus excusarunt, & non paruam nobis compassionem de damnis & iniuriis irrogatis ex parte communitatis ipsorum sæpius obtulerunt, allegantes etiam & firmiter asserentes, quod vniuersitas ipsorum in damnis nobis illatis culpam aliquam non haberet, præter hoc quod circa tutelam & defensionem nostram minus solliciti, & defides aliquantulum extiterunt, obtulerunt insuper quod si singulariter ex ipsis aliqui in personis vel rebus vniuersos & singulos grauasset, de illis amicabiliter nobis satisfacere, vel iustitiæ complementum exhiberent. Quare post varios hinc inde tractatus inter nos habitos sub isto tenore capimus concordare, quod

gg.

Reconciliatio p. a. de foris reperiet locor supra pag.

quod si Burgen. omnia iura & libertates, quas ab antiquo nos, & totus Clerus Ratisb. ciuitatis habuit, & eorum antecessores soliti sunt habere restituerent, & quod personas, res, honores, libertates, & iura nostra sicut se ipsos quantum possent, rebus & corpore protegerent, ac defenserent, & ipsi defendendo propensius cōseruarent. Nos autē omni actioni, quæ nob. cōtra ipsorū cōmunitatē, occasione præmissorum damnorū & iniuriarum cōpetere poterat, renuntiauimus & ipsos reddimus absolutos, saluo hoc quod de singulis eorum, qui nos in aliquo læserunt, vel damna intulerunt amicabilem satisfaciunt, vel iustitiæ faciāt complementum. Promisimus etiā quod quæcunq; dicti Burgen. à nobis requirerent, salua tamen obedientia nostra & libertate, consilium & fauorē ipsis melius quod poterimus impendemus. Ut autē hæc unio nostra & concordia firma perseveret, nec a quoquā possit violari, literas nostras mutuo nobis ad inuicem tradidimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Acta sunt hæc an. Domini. M. C. C. L. I. Data Ratisb. mediante & approbante fratre Henrico de ordine prædicatorum penitentiario, & nunciō dominij Papæ, 4. Kal. Augusti Indictione VIII.

Litera quas Ciues Clero tradiderunt.

h h **I**N nomine Domini Amen. Vniuersis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis, Fridericus Magister ciuium cum vniuersitate ciuium Ratisb. salutē in Domino. Cum occasione generalis discordiæ inter S. patrem nostrum dominum Papā Innocentium, ac dñm Fridericum quondā Imperatorem suscitata, mēbra Ecclesiæ capiti suo cohærentia, quia non decet a capite discedere, in multis partibus, & maxime per Theutoniam solitæ pacis & quietis solatio fuerunt orbata, pestem illam ad instar cancri serpentem in his vltimis temporibus vsq; ad nos plusquam credi potest, contigit deriuari. Nam cum venerabilis pater Albertus Ratis. Episcopus quosdam nostræ ciuitatis Burgen. captiuasset, ac in vinculis captiuos detineret: Dominus Chuonradus natus quondam Imperatoris Friderici, vna cum illustri duce Bauariæ & liberis suis ad nos magna armata, & copioso exercitu diuertentes, Clerum & alios religiosos Ratis. ciuitatis & diocesis, in personis & rebus hostiliter & grauitè offenserunt, adeo quod quidā a domib; ipsorum & vniuersis rebus eieciti, alij vero bonis suis spoliati, quidā etiā vt personas saluarent, & id quod habebant, cum ipsis transigere sunt compulsi, & quod non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori definit obuiare, & culpam procul dubio facientis habet, qui quod potest corrigere negligit emendare. Cum scriptum sit, quod non solum qui faciunt, sed & qui facientibus consentiunt participes iudicantur, videbatur multis, & non immerito, quod etiam cōniuentia nostra, hæc damna fuissent ipsis tam atrociter irrogata. Vnde fugæ subsidium eligentes, quidam ex eis se ad alia loca transtulerunt, alij vero mediantibus treugis non semel sed sæpius interpositis, in ipsa ciuitate non sine metu tamen rerum & corporis nobiscum steterunt.

h h Nos vero innocentiam non tam Canonicorum maioris Ecclesiæ, quam etiā totius Cleri nostræ ciuitatis considerantes, & quod nullis ipsorū exigentibus meritis iacturā istam paterentur, mærentes etiā dissidium vnionis nostræ, cū hoc tā nobis quā ipsis non modicum dispendium generaret, studiose tractare cepimus qualiter ad concordia & vnitatē nos eū ipsis pariter reuocaremur, & fratres ipsorū vidi, Canonicos maioris Ecclesiæ absentes per literas nostras patentes ad ciuitatē Ratis. reuocātes, multis circa ipsos allegationib; excusauimus, & nō parua ipsis cōpassionē de damnis, & iniuriis irrogatis ex parte cōmunitatis nostræ sepe obtulimus, allegantes etiā & firmiter adferentes, quod vniuersitas nostra in damnis eis illatis culpam aliquam non haberet, præter hoc quod circa tutelam

& de-

& defensionem ipsorum minus solliciti ac desides aliquantulum extiterimus. Obtulimus insuper quod si singulariter ex nobis aliqui in personis vel rebus vniuersos vel singulos eorum grauassent, de illis amicabiliter eis satisfacere, vel iustitiæ complementum præberemus. Tandem post varios hinc & inde tractatus inter nos habitos, sub isto tenore cœpimus concordare, quod ipsos Canonicos & Clerū, neq̄ nō religiosos cuiuscunq; sexus nostræ ciuitatis ad omnia iura & libertates, quas ab antiquo habuerunt, & eorum antecessores soliti sunt habere restituis, & quod personas, res, honores, libertates, & iura ipsorum sicut nos ipsos, quantum possimus rebus & corpore protegemus, ac defensabimus, & nos ipsi defendendo propensius conseruabimus. Promiserunt etiam quod quando cunq; nos ab ipsis requisierimus, salua tamen obedientia ipsorum ac libertate, consilium & fauorem nobis melius quod potuerint impendere nō omittent. Ipsi autem omni actioni, quæ eis contra nostram comunitatem occasione præmissorum damnorum & iniuriarum competere poterat, renuntiauerunt, & nos reddiderunt absolutos, eo ipsis saluo quod de singulis nostrum, qui eos in aliquo læserunt vel damna intulerunt amicabiliter satisfaciemus, vel iustitiæ faciemus complementum. Vt autem hæc vniō nostra & concordia firma perseveret, nec à quoquam possit violari, literas nostras mutuo nobis ad inuicem tradidimus sigillorum nostrorum munimine roboratās. Acta sunt hæc Anno Domini M. CCL. I. Data Ratis. mediante & approbante fratre Henrico de ordine prædicatorum pœnitentuario, & nuntio domini Papæ. 4. Kalend. Augusti, Indictione VIII.

Nos Henricus præpositus. Leo Decanus cum vniuersitate Capituli maioris Ecclesiæ Ratisbon. omnibus in perpetuum. Dilectus & venerabilis dominus frater Albertus, Episcopus noster nobis à domino Papa præfectus in Episcopum & pastorem, ad nos veniens & inueniens præbendas nostras modicas & attenuatas ex diuersis litibus & incurſibus aduersis præteritis, nec sufficientes futuris euentibus propellendis, nostri misertus dedit Capitulo nostro Ecclesiā Munster siue Chamb, tunc vacantem pleno iure ad ipsum pertinentem in præbendarum nostrarum subsidium & augmentum, & nos contulimus eam cuidam confratri dicto de Hagenbul, ad determinatam pensionem. Quo mortuo vacanti adhuc Ecclesiā imposuimus ei onus pensionis L. X. librarum soluendarum annuatim, specificatis terminis expressis quantum, & ad quæ officia distribuenda esset pensio memorata, videlicet à principio anni vsque ad finem singulis sextis feriis vna libra. VIII. vero librarum reliquarum 4. in anniuersario prædicti domini nostri fratris Alberti Episcopi huiusmodi beneficij largitoris. Reliquarum vero quatuor librarum duæ inuentionis S. Stephani Capitulo ad consolationem, vltimæ vero duæ libræ in anniuersario Alberti quondam Episcopi fratris Alberti prædecessoris. Electus autem a nobis ad eandem Ecclesiā, suscipieteam ad prædictam pensionem soluendam terminis prædistinctis sub hac pœna, vt si prædictorum terminorum aliquo soluere neglexerit quod debebit, eo ipso ab officio sit suspensus, & si infra mensem postea non purgauerit moram, quod neglexerat persoluendo, Ecclesia vacet ab eo sine spe ac fiducia rehabendi, & ipse nihilominus erit debitor retentorum, & domini habebunt potestatem omnes res quas tunc temporis habet, pro eisdem debitis confiscandi. Habebit quoque in Ecclesia continuam residentiam, nec petet a residentia absolui à quoquam, qui absoluendi habuerit potestatem, & si obtinuerit & literas super eo, nec factum literæ roboris alicuius erunt, sed Ecclesia vacabit ipso facto, alteri conferenda. Datum Ratispon. Anno Domini M. CC. LXII. quinto Kal. Martij.

Hic

kk. *Hic ipse Episcopus Henricus contulit Capitulo suo Cathedrali Ecclesiam Dietfurti forma & modo, quemadmodum sequentes donationis sue collationis litera testantur.*

Heinricus Dei gratia Ratisbon. Episcopus. Vniuersis presentes literas inspecturis salutem in omniū saluatore. Et si ex suscepta administrationis officio, quo Ratisbon. Ecclesie gubernacula, licet immeriti, moderamur, vniuersarum & singularum nostrae dioecesis Ecclesiarum, ac Ecclesiasticarum nihilominus personarum prouectioibus & incrementis paterne sollicitudinis vigilantia studere volumus & intendere debeamus, illis tamen in officiis charitatis primo loco nos reputamus obnoxios, & ad promotionum augmenta liberalius debitorum, per quos & inter quos nutriti creuimus ad honores, & à quibus nostrae sublimitationis auspicia nos recognoscimus accepisse. Cupientes itaque praedecessorum nostrorum, quibus pacem & quietem optamus in Domino, pro viribus inhaerere, qui pro consideratione cultus & personarum commendabilium honestate, ad instaurandos notabiles defectus, quos Ratisbonen. capitulum sustinet, in prebendis paterna diligentia propensius cogitabant, sicut hodie suae liberalitatis exemplis colligitur manifeste, Dilectis in Christo fratribus nostris Ecclesiae Cathedralis, Ecclesiam Dietfurti, cuius donatio ad nos spectare dinoscitur, pleno iure cum omnibus redditibus seu prouentibus, & generaliter cum vniuersis & singulis suis iuribus, iure patronatus videlicet & aliis pertinentiis questis & inquirendis perpetua donatione conferimus, & donamus, perpetuo & pacifice possidendam, & suis consolationibus irrefragabiliter applicandam. Quo magis & melius praenominati fratres nostri diuinis cultibus valeant interesse, & hospitalitatis onera tollerabilius subportare, nobis & successoribus nostris, qui pro tempore fuerint Ratisbon. Episcopi, ius confirmandi plebanum in eadem Ecclesia per iam dictos fratres seu Canonicos nostros praesentandum, tantummodo reseruantes quem institui volumus & mandamus in Ecclesia supradicta, sub titulo perpetuae vicariae, ita quod non plus quam pensionem quindecim librarum, singulis annis soluere teneatur, quo vtilius & fidelius possit hospitalitatis solatia exhibere. Ceterum quod gratiarum actio est percepti beneficii recognitio, saepe facti fratres nostri de accepto beneficio non ingrati pro recognitione gratiae sibi factae, quaedam festa & anniuersaria nobis omnimodo specialia libenter & fideliter celebrabunt. In quibus hunc modum & ordinem statuimus & praecipimus annis singulis obseruari, videlicet quod pro festiuitatibus Conceptionis beatae virginis Mariae, & beati Augustini cum pulsatione terroris & aliis solemnitatibus aequaliter celebrandis. Ita quod ad lectiones & versus fratres cappis Choralibus induantur quinque libras denariorum: Ratisbon. cellario qui pro tempore fuerit: In assumptione beatae Mariae Virginis assignentur, de quibus in eisdem festis ad Chorum more consueto distribuet denari: Zoll: artocreas & simulas maiores, quemadmodum ipse simulae in recordatione fratrum dari haecenus consueuerunt. Et quaelibet simula tantum valere debet, quantum valent tres simulae cottidianae. Et hanc distributionem ad fratres existentes in vesperis & in matutinis & in missa maiori agendi tantummodo volumus & non ultra. Ita tamen ut careant artocreis qui vesperis non interfuerint, & similis qui neglexerint matutinas, his vero qui missae non interfuerunt, non dabuntur, eundem ordinem volumus in vicariis maioribus etiam obseruari. Excipimus tamen annos habentes gratiae cum debilibus & infirmis. Praebendas vero regis, Episcopi, & Custodiae, & quatuor officialium tantum integraliter de cellario volumus ministrari. Et quod praesentes in officiis absentium onera ferre videntur de portione seu parte ipso.

ipſorum abſentium cuiſibet vicario præſenti & ad ſingulas prebendas officialiũ vna ſimula minor, & duæ artocrea miniſtrentur. Et ſi in feriam ſextam cadere contigerit ipſa feſta, volumus vt cellarius præmiſſa cõpleat, quinta feria præcedenti, nec in ipſa ſexta feria, vel ſi in feriam ſecundã, aut quartã, ſiue ſabbatũ euenierint, oua vel caſeos ſicut ratione ſeruitialium dierum ſolitus eſt facere, ſubtrahat de præbendis & nihilominus det artocreas hiſ diebus. Item volumus vt per cellarium in quolibet ſupradictorum feſtorum ſcil: Conceptionis & Auguſtini XII. denarij Eccleſiaſticis tribuantur. Reliquæ vero decẽ libræ, quarum obellarius exiſtens pro tempore in feſto beati Martini quinque, & in Epiphania domini quinque recipient, & diſtribuentur per ipſum obellarium in hunc modum. In natiuitate domini pro tempore in feſto beati Martini quinque, & in Epiphania domini quinque recipient, & diſtribuentur per ipſum obellarium in hunc modum. In natiuitate domini pro tempore in feſto beati Martini quinque, & in Epiphania domini quinque recipient, & diſtribuentur per ipſum obellarium in hunc modum. Quæ propter labores vigiliarum & officiorum grauitatem ad ipſam diem pertinentium conſuevit à fratrib⁹ aliquando minus debito frequentari. Et pro añ hæc dies quam fecit dominus immediate poſt ipſam miſſã alta voce cantanda. Hiſ qui toti miſſæ & antiſphonæ interſuerint, & nulli alteri dabit ipſe obellarius duas libras, exceptis debilibus & infirmis, & tribus præbendis, ſcil: Regis, Episcopi, & Custodiæ. Qui denarium per feſtum natiuitatis domini, pro denariis oblationum poterunt deputari, portione tamen vicariorum præſentium non obmiſſa. Cantores tamen etiam in ipſa miſſa chorum honeſta ſolemnitate regentes XII. denarios vltra portionem debitam conſequentur. Item pro feſto beati Ambroſij, quod propter quadrageſimam in qua cadit, rite celebrari non poteſt, in die translationis ſuæ, hoc eſt in craſtinum Nicolai cum pleno officio celebrando dabitur vna libra fratribus & vicariis qui fuerint tunc præſentes, vt ſuperius eſt expreſſum. Item quod prædicta feſta ſcil. Conceptionis & Auguſtini deſiderabilius & ſolemnius celebrentur. Volumus vt in quolibet iſtorum feſtorum diuidatur præſentibus & vicariis ac clericis vna libra. Item pro commemoratione omnium benefactorum Eccleſiæ quorũ ſi memoria ſigillatim ad pleaũ non agitur, ſaltem vno generali & communi officio, quod ex nunc in vigilia beati Petri cum vigilia & miſſa & miniſtris Canoniciſ, proceſſione, pulſatione ſicut in recordatione fratrum fieri cõſuevit, annis ſingulis ſtatuiſmus ſolemniter celebrari, quod amodo ſuppleatur iuxta modum de alijs feſtis præmiſſum, tres libræ fratribus diuidantur recolentes quod ſalubris eſt cogitatio pro mortuis exorare. Item duas libras pro noſtro anniuersario deputamus. Statuiſmus etiam quod obellarius prebendã Regis Episcopi, & Custodiæ, de ſuo officio ſimiliter, integraliter adminiſtret. Ordinamus ad hæc, vt in omnibus feſtis & anniuersariis pars abſentium, & quicquid ſupererit diuidatur inter præſentes quantum poterit tunc extendi. Ita quod cuiſibet vicario dentur quatuor denarij, in quolibet feſto & anniuersario antedictis, eo prouiſo pro negligentibus vigiliis in cõmemoratione benefactorũ, & anniuersario noſtro medietas & negligentibus miſſam ſimiliter medietas in denariis ſubtrahatur. Obellarius etiã in ipſa commemoratione benefactorum & anniuersario tribuet Eccleſiaſticis XII. den: In alijs autem feſtis prænotatis, ſex tantum den: eis dabit, ſæpeſati etiã fratres noſtri ex ſuperhabundanti in ſignum mutuæ dilectionis voto concordi liberaliter admiferunt & fideliter promiferunt, quod in feſto Virginis glorioſæ ſcil. aſſumptionis qd tato deuotius & ſolẽnius eſt celebrandũ, qn. præ ceteris ſanctis dñs ipſam ſuã genitricẽ extolli voluit, & miraculis excellentioribus illuſtrare, proceſſionẽ ſolennẽ ad inferius monaſterium Ratiſbonæ, ad inſtar proceſſionis Apoſtolicæ in exequiis ipſius B. Virginis ab Apoſtoliſ ipſis factæ ſingulis annis facient & ſeruabunt. Itẽ ſpecialiter prohibemus ne de præmiſſis omnib⁹ alicui habenti præbendã noie præcario vel titulo emptionis quicqd debeat miniſtrari. Sed eoſdẽ ac omnes abſentes, qui tũc in veſperis & in

matutinis maiori missa & alijs horis canonicis præfentialiter in choro non steterint, exceptis infirmis & debilibus, annum gratiæ habentibus, prout superius est expressum, ab huiusmodi consolationibus præcise duximus excludendos, & licet aliqui vt de ciuitate taceamus, in claustris vel monasteriis suam præfentiam exhibeant, eos tamen nisi in choro fuerint præfentes minime reputamus, Verum quod statuta huiusmodi, licet pia, quandoq; ex horum desidia & antiquitate ipsorum, si aliquibus penis vallata non fuerint, deficiunt & decreseunt, sicut ex quibusdam statutis antecessorum nostrorum exemplariter nobis constat, testimonio seu auctoritate præfentium duximus irreuocabiliter statuendum, vt si quando per negligentiam aliquid obmissum fuerit de præmissis, vel aliter quam præfentes literæ contineant distributum, eodem anno custos existens recipiet omnes proventus siue census ecclesiæ supradictæ, eoque in usus fabricæ totaliter conuertendo, addimus etiam quod quando cunq; in terminis prænotatis prouisor sæpedictæ ecclesiæ censum debitum neglexerit, ipso facto cadat à iure suæ perpetuæ vicariæ, quod sibi in ipsa ecclesiâ competebat. In cuius rei memoriam & certitudinem præfentes literas sigillo nostro, & Capituli nostri, quod se ad obseruantiam præmissorum voluntarie astrinxit, duximus muniendas. Datum Ratisponæ Anno domini M. CCLXXVIII. In Vigilia assumptionis beatæ Mariæ Virginis XIX. Kalend. Septembris. Indictione sexta, Pontificatus nostri anno primo.

II. Henricus II.] occasione prætensionis huiusmodi iniquæ Ciuium Ratisponensium contra Clerum, omnes ecclesiæ & Clerus ibidem, simul conuenientes sese confederarunt ratione & modo, vt sequitur.

Nos Chunradus Dei gratia Præpositus, Chunradus Decanus ecclesiæ Ratisp. Carolus S. Emerami. Matthæus S. Iacobi Abbates, Alheidis Inferioris, Alheidis superioris. Ieuta S. Pauli monasteriorum Abbatissæ. Henricus Vetteris Capellæ, Radvvicus S. Ioannis Decani, & Capitula seu conuentus earundem ecclesiarum. Plebani, Capellani seu Clerici Ratisp. ciuitatis. Prouidæ considerationis oculis intuentes, quod etiam corpus naturale ex multis membris compositum, vno spiritu viuificatur & regitur, sic omnimodis expedire vt corpus Ecclesiasticum in illa voluntate se vniat & coniungat, per quam status libertatis antiquæ in solido robore conferuetur, cum ab ipsa libertate salus & vita dependeat corporis memorati, per præfentia præhabito consilio, matura deliberatione præuia, promittimus & in scriptis obligamus, quod in petitione illa, per quam à ciuibus Ratisp. ad exactiones extraordinarias vrgeri seu compelli timemus mutuum nobis præbemus auxilium pro testamento immunitatis ecclesiasticæ, si ad hoc quod absit, necessitas impulerit, vnanimè & viriliter opponemus, murum nos pro domo domini statuentes, sic vt si aliquis ex nobis se communi necessitati subtraxerit, a modo locum non habeat inter nos, nec illorum priuilegiorum beneficio protegatur, à quorum defensione se subtrahit, & subterfugit in tempore oportuno. Verum ne nimia multitudo sine tractatu illius negotij forsitan onerosa, & vt quocienscunq; causa requirit facilius in vnum locum & propositum conueniant ipsius negotij tractatores, ecce honorabiles & sapientes viros, de tota nostra vniuersitate elegimus, quibus totum pondus imminentis causæ tamquam veris & legitimis procuratoribus integraliter committendum. Ita tamen quod quodlibet collegium, ac etiam plebani pro se procuratorem specialem suo nomine designent, sicut in inferioribus est expressum, promittentes nos ratum & gratum habituros, quidquid per eos, vel maiorem partem ex ipsis fuerit ordinatum, & ad exequenda vniuersa & singula per eos diffinienda, nos & nostras ecclesias obligamus, ac si se, & ecclesiam suam,

suam, nostrum quilibet proprijs dictis vel scriptis legitime astrinxisset. Et quod verisimile existit, quod illud negotium tam in legationibus quam in alijs causam contingentibus sumptus exigit expensarum, auctoritatem præmissis procuratoribus concedimus, quatenus considerata qualitate incumbentis negocij ac facultatibus ecclesiarum contributiones possint imponere ac exigere cum effectu, & instantis necessitatis vsibus secundum prouidentiam applicare, renunciantes exceptioni doli mali, & beneficio petendæ restitutionis in integrum, & omnibus iuris vel facti suffragijs, per que posset prosecutio tam salubris negocij impediri forsitan vel differri. Nos itaq; capitulum Ratisponen. venerabiles dominos nostros Præpositum & Decanum antedictos pro nobis eligimus. Nos conuentus S. Emerami, & Abbas & conuentus S. Iacobi, pro nobis statuimus dominum Abbatem S. Emerami. Nos autem Abbatissæ superius memoratæ & conuentus earundem designamus pro nobis, dominum Albertum Archidiaconum Ratisp. Nos verò capitulum veteris capellæ exhibemus pro nobis dominum Henricum plebanum S. Cassiani, & Nos Capitulum S. Ioannis offerimus dominum Chuonradum canonicum nostrum. Et nos plebani & capellani seu Clerici ciuitatis eligimus dñm Henricum Vicarium maioris parochiæ pro procuratoribus, & tractatorib. diffinitorib. & exequutoribus negotij sepedicti, volentes eos in omnibus præmissis, & quolibet eorū habere sine contradictione cuiusquā plenam & liberam potestatem, & si durante negotio prælibato, aliquem ex tractatoribus nominatis decedere contigerit, vel alias à partibus elongari, ille vel illi quorum procurator taliter est subductus, alium teneatur substituere, in omni potestate prioris, & sub conditionibus supradictis. In cuius rei testimonium & euidenciam, præsentis literæ sunt confectæ, & eos sigillo nostri capituli Ratisp. nec non nostri Abbatum videlicet: & conuentuum Sancti Emerami & S. Iacobi. Abbatissarum & conuentuum Inferioris & superioris, & S. Pauli monasteriorum: Capitulorum Veteris capellæ ac S. Ioannis sigillorum munimine placuit roborari. Nos vero plebani capellani seu Clerus ciuitatis cum proprio careamus sigillo venerabilis domini Chuonradi Præpositi supradicti maioris ecclesiæ nostri Archidiaconi vsi sumus. Actum Ratisp. anno domini M. CCLXXXIII. pridie Idus Iunij.

ANNO DOMINI M. CCC. LXIII. iste liber scriptus est per
manus Rudolphi Rozpekchi tunc temporis Notarij Vicedomina-
tus Straubinge.

**Nota daz sind die Recht / die ein Herzog von Bayern
in der Statt zu Regenspurch hat.**

Schol seinen Hof da haben / vnd den schol suchen der Bischof von Babenberch /
der Bischof von Saltspurch / der Bischof von Freysing / der Bischof von Aych-
stett / der Bischof von Aupsurch / der Bischof von Passaw / der Bischof von
Wrihsen / den schol der Herzog da richten / waz si zu klagen habent.

Er schol auch hing in richten alle die rechte / di der Künich von Rom gewalt hat zu
richten hing andern Bischouen.

Swaz man auch hing den Burger zu Regenspurch zu klagen hat / da schol nie-
mant dhain vrtail übergeben / dann die gesworn Haußgenoufen.

Nat awer ein Burger hing einem Ausmann icht zusprechen / da schol dhain Dura-
gär vrtail übergeben.

Es mag auch der Römisch Künich daz Juden gericht von rechte niemant emphe-
len / wann dez Landes Herren.

Es schol auch der Herzog di Purggraffschafft zu Regenspurch leihen / vnd alle den
recht di zu der Purggraffschafft gehören.

Daz ist daz Fridgerichte

Daz ist daz Schultzaz Ampt.

Daz ist di Prewen.

Di klainen Zöll.

Daz Salz Eysen vnd Korn / vnd was chlain dings ist / vnd die Fürstet / da schol
der Bischof seine rechte hin entgegen haben.

Er schol auch di vier Ampt leihen die Pfalengrasschafft der ist Truhfäs.

Di Hallgrasschafft / der ist Kamerer.

Di Grasschafft von Hirsperch der ist Schenck.

Der Graf von Ortenberch ist Marschalck.

Vnd di Lantgrasschafft der an seiner stat sitzen schol / vnd daz recht fur in vrag
schol.

Es schol auch der Pfalengraf von dem Rotal / an dez Herzogen stat sitzen in
dem Latron / vnd schol richten hins dem Herzogen swer hins im icht zu schlagen hat.

Dauon mag dem Herzogen auß dem Land dhain recht nicht getun.

Es mag auch der Herzog waz zu dem Ampt gehört / daz daz Fürst Ampt angehört
vnd get.

An dem Hol.

An den Hoffsteten am Hof.

In dem Feld an den Hüben.

An schüssel lehen.

An pecher lehen.

Di mag niemant zu rechtem Lehen hin geleihen.

Di schüssel schol man geben von dem groussen Zöll.

So schol der Amman von Dussen daz Holz führen / vnd waz man zu führen hat hins
Kuchen vnd hins Keller.

Man schol auch dem Herzogen alle sein Hoffstet raumen / di zu dem Hof gehört zu
Keller zu Kuchen vnd zu Speis gaden.

Es schol auch niemant dheimen marre an dez Herzogen Hof haben / an dez Hof
gämelz willen.

Es schol auch niemant daran schäten / noch dhain Holz darauff legen.

Es schol auch der Purggraf vor dem Herzogen alle die Strazzen reiten di er wil vnd
schol ein recht gemäz sper nemen / vnd an der mitte für sich in den Sattelbogen legen vnd
wo ez anraicht / alz ver schol man im vmb vnd vmb di strazzen rawmen.

Es schol auch dhain Scherig in dhains Herren Haus noch Edelmannes Haus
nich zuschaffen noch zutun haben / der sein Haus vmb fust hinlät.

Es sollen di Burger vmb Aygen vnd vmb Lehen / daz recht tun vor ainem jegli
chem Grafen in des Grasschafft ez leit / vnd vmb Welt nicht.

**Nota daz sind di recht di der Juden Scherg hat zu
Regenspurch in der Statt.**

Primo Salzpurger Wellfür Kusfür Linsfür / Euerdingär gebent im nicht mer
wann ij. dn.

Nota Judenburger gebent den Stattzöllnärn liij. dn. der gehören dem Juden
schergen ij. dn.

Nota

Nota Präger gebent XXXI. dn. der gehören dem Juden schergeren f. dn.

Steinär gebent ij. dn.

Nota di Korherrn von Altkappell gebent dem Juden schergeren alle Jahr vj. prout vnd vj. trinch piere / darumb schol er in daz Jar dienen vmb was si mit den Juden zu schaffen habent an Loun.

Nota von Oberrn Münser geit man zu Sand Haymeans tag ein Gans.

Nota von Niderrn Münser geit man sin ein Gans zu Sand Haymeans tag.

Nota di Pecken in der Statt gebent sin alle Jar ein mal vnd vij. dn. oder an daz mal X. dn.

Nota di Hoffstat bei dem Luren am Markt gehört demselben Schergeren.

Nota die Panch oder di stat da der tuch weraiter der Swartz sitzt / gehört auch dem Schergeren zu.

Nota di Hoffstat di da Rinoldus Mango an dem Markt gilet sin all Jar xv. dn.

Nota di Juden gebent im all Jar XXXII. dn. für einen Graben Kofch vnd ein pfunt Pfschern.

Nota hüb vnd Gärten di der Chogmatr da het / di hat der Komar inn vnter des Ledrär lauben / vnd swer vnflit da vail hat / der schol alle Jar dauon gebü j. dn.

Nota daz sind der Münzz recht / di mein Herz der Herzog zu Regenspurch hat.

Es ist auch di Münzz der grouwzol vnd der pfuntzol des Herzogen vnd des Bischofs.

Es schol auch dhain Zolman dhain recht nicht entun dann vor dem Zollndr.

Es schol auch niemant dhain silber da chauffen / dann daz er zu hort legen well / oder hingmarkt fürer well / oder auff den Gohweg zieren / oder zu klainad machen well / daz ander schol niemant kauffen weder Juden noch Kristen wann di Münzger.

Es schulln auch di Münzger allez daz Silber / daz si chauffen verflachschazn / Si verbürchen ez oder nicht / An daz si zu hort legent / oder auff dem Gohweg ziernt oder zu Chlainad verbürchen wellen.

Swaz aber si enfragen kauffent oder verchauffen / daz schullen si verflachschazgen.

Es schol auch niemant dhain swartz silber verkauffen noch chauffen / noch wechselln / weder Juden noch Kristen / wann di Münzger.

Waz di Münzger di Hausgenouffen sind Silbers lösent vnd verwechselnt an der Wechsellpanch / daz schulln si nicht verchauffen noch versüren / si werden dann e vor zu ain mit jr Ayden di meines Herren Ras sind vnd vor dem Münzmaister / daz si daz flachschazgen / waz si silbers verwechselt haben / vnd dauon geuel meinem Herze von der markt vj. dn. di si gebü schullen / darumb daz si bey dem wechsel weleiben vnd geslagen mügen / So vrait in mein Herz di genat.

Es ist auch meines Herren recht / wann ein Bischof zu Regenspurch gestirbt / So mag vnd schol auch daz Herzetun niemant gewren / Obez vmb einen Bischof zu krieg wurd er hatz di Münz für sich slahen ob er wil.

Es hat mein Herz der Herzog auch daz recht / swann ein markch silbers gilet X. sol. dn. ob di Münzger dan mit pfennig slahen wolten / so mag sie dez der Herz wol wendeten zu slahen / Siltet di marktewrer / so schol er si nicht wendeten.

Es schullen auch alle Hausgenossen die Wänsser sind vnd geschworn habent / Swaz si silbers verfürrent oder in chausmanschafft vertribüt / da schullen si den schlag schatz von gebent von der Mark vj. dn.

Es schullen auch di Hausgenossen vnd Wänzzar anderswo nindert wechsel treiben / wann an der rechten Wechselfanch.

Es ist auch der Wänsser recht swann si di pfennig verzeit habent / daz si di pfennig nicht heranz antworten / si haben vor einen quitbrief von den Wänzzmaistern / vnd di gebent auch jr brief nicht / si haben vor dez Herren brief wenn si den schlag schatz geben schullen vnd gebent.

Nota daz ist die Gült di mein Herr der Herzog zu Regenspurch in der Statt hat.

Von dem groussen Zoll vnd von kleinen C. pf. Xeng.

Von der Maut C. pf. Xeng. dn.

Von den Juden Gerichte XXX. pf. Xeng.

Von den Hoffstetten an dem Hof XII. pf. dn.

Nota von dem Hof zu Dusten vnd von zwain huben in dem Feld daselben viij. mutt Kollen / viij. mutt Gersten / viij. Habern / daz macht alles XII. fol. dn.

an. **C**onradus Dei & apostolicæ sedis gratia episcopus Ratisponen. Venerabilibus in Christo patribus dominis Abbatibus, Præpositis, Decanis, ac dilectis nobis in Christo Decanis ruralibus & ecclesiarum parochialium rectoribus plebanis, diuinorum socijs, & eorum loca tenentibus, ac presbyteris, & clericis alijs quibuscunq; per ciuitatem & dioccesim Ratisponen. vbilibet constitutis, ad quos præsentis peruenerint & præsertim in Mentzenbach & in Pettenreut Ecclesiarum plebanis cum subscriptorum noticia salutem in Domino sempiternâ. Dilectionibus vestris magnâ cum cordis amaritudine insinuare cogimur, quod Stephanus Laüsser quondam ciuis Ratisponen. certis cum suis complicibus nescitur quo spiritu ductus, ausu proprio & temerario, proh dolor Dei timore postposito, manus iniecit violentas in dilectum nobis in Christo Ioannem, Weinobeinander presbyterum, & plebanum in Pfaffenhofen nostræ diocesis ipsum detinendo & captiuando, sicque captum & detentum in castrum validi viri Ioannis Paulstorffer in Churn deducendo, & licet dictus Ioannes Paulstorffer certis nostris literis & scriptis admonitus sit, & existat ad præsentandum nobis & iudicio nostro Ecclesiastico dictum presbyterum de quo sibi & alijs conquerentibus spondimus iustitiam reddituros, tamen ipse nec dictus Stephanus huiusmodi monitionibus acquiescentes eundem presbyterum magis & per amplius contumaciter & friuole detinere præsumunt, in nostræ Iurisdictionis totiusque Ecclesiasticæ libertatis contemptum, non modicum præiudicium & detrimentum, propter quod non est dubium prænominatos Ioannem Paulstorffer & Stephanum Laüsser vna cum complicibus alijs detentoribus & rathaboribus ipsorum, ac eorum quaslibet sententias excommunicationis iuxta Canonicas sanctiones. c. Si quis suadente &c. damnabiliter incurrisse, declaramus præsentibus in his scriptis. Cum itaq; iuxta constitutiones sacrosancti concilij prouincialis Saltzpurgen. huiusmodi nostram, ac Cleri iniuriam, oppressionem, & violentiam furda aure pertransire non debeamus, prout etiâ de iure nõ possumus, ne huiusmodi eorû temeraria præsumptio

à ceteris

à cæteris præsumptoribus trahatur in exemplum. Iccireo in ipsorum detestationem locum ipsum & parochiam in quibus ipse presbyter supradictus detinetur, & etiam ad quem seu quam dicti detentores, & præsumptores ac eorum complices seu coadiutores in hac parte culpabiles peruenerint, seu in eisdem moram traxerint ecclesiastico subiicimus interdicto. Quo circa vobis omnibus & singulis supradictis & cuiuslibet vestrum in solidum, in virtute sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis pœna firmiter & districte præcipimus & mandamus, quatenus præfatos Ioannem Paulsdorffer & Stephanum Lausser eorumque complices & coadiutores in hac parte culpabiles in ambonibus Ecclesiarum vstrarum coram populi multitudine, dum ad diuina audienda conuenerint, singulis diebus dominicis & festiuis, sic vt præfertur, excommunicatos, & interdictos publice denuncietis & denunciari faciatis sine intermissione, & nihilominus in locis ipsis & parochiis, in quibus ipse presbyter detinetur, & ad quem seu quos dicti detentores ac eorum coadiutores vt præfertur culpabiles peruenerint, & quamdiu ibi permanserint, & post eorum recessum ad triiduum seruetis districte Ecclesiasticum interdictum, prout fuerit de iure obseruandum, diuina officia in publico nullatenus celebrando, neque Ecclesiastica Sacramenta porrigendo, præter baptisma paruulorum, viaticum pro infirmis, & morientium pœnitentias &c. Abinde non cessantes donec aliud à nobis recipietis in mandatis, Reddentes præsentis de earum executione & his quæ feceritis impræmissis nos legitime certificantes. Pœna sub prædicta. Datum Ratispon. penultima die mensis Aprilis Anno Domini 1429. nostro appenso sub sigillo.

Sacro sancta generalis Synodus Basiliensis in Spiritu sancto legitime congregata vniuersalem Ecclesiam representans, ad futuram rei memoriam. Iustis & honestis supplicum votis, illis potissime, quæ Ecclesiarum, præsertim Cathedralium utilitatem ac pacem, & quietem fidelium, nec non animarum salutem respiciunt, Synodali conuenit auctoritate fauorabiliter annui, & ea quæ pro illis optato effectui mancipandis inter ipsarum Ecclesiarum Prælatos & seculares Principes piè & prouidè tractata & peracta sunt, vt firma & illibata persistant, eadem decet auctoritate etiam communiri. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Venerabilis Conradi Episcopi Ratisbonen. & dilectorum Ecclesiæ filiorum Prepositi, Decani, & Capituli Ecclesiæ Ratisbonen. petitio continebat quod alias Castro in Werde Ratisponen. diocesis, cum dominio iuribusque & pertinentiis suis, ad dilectum Ecclesiæ virum nobilem virum Wilhelmum Comitem Palatinum Rheni & Bauariæ Ducem iure hereditario legitime deuoluto, nonnullisq; amicabilibus inter ipsos, Episcopum, Prepositum, Decanum, Capitulum & Ducem super restitutione Castri & Dominij Iuriumque & pertinentiarum predictorum per ipsum Ducem facienda collocactionibus seu collationibus prehabitis: tandem idem Dux, receptis per eum pro ipso Castro, quod progenitoribus & predecessoribus suis Bauariæ Ducibus, pro viginti quatuor milibus florenis de Vngaria impignoratum fuerat, duntaxat decem millibus octingentis & triginta florenis Renensibus, qui computatis etiam fructibus per eundem Ducem, ex illo Castro, à tempore quo illud tenuit perceptis, & illis de maiori summa sibi debita, iusto calculo defalcatis, eidem restabant, & quos pro predicti Castri ac Dominij Iuriumque & pertinentiarum eiusdem recuperationem exposuerat, illud cum dominio ac iuribus & pertinentiis suis vniuersis, præfato Episcopo & suis successoribus Episcopis Ratisbonen. futuris, ac dicte Ratisponen. Ecclesiæ, in honorem omnipotentis Dei,

omnium bonorum retributoris, ac pro pace inter eos ac ipsum Ducē, successoresq; suos perpetuo conseruanda, nec non pro sue, ac prefatorū progenitorum ac predecessorum animarum salute de mera sua liberalitate, sponte restituit, ac etiam assignauit, Hoc pacto videlicet, quod tam ipsum in Werde, quam Tumbstauff prope Ratisponam, & Hohenburg circa Enem., que in aliquorum proborum manibus, sub spe restitutionis ipsi Ratisponen. Ecclesie faciendo posita existunt, cum restituta fuerint, Nec non etiam Hohenburg in Norico, non obligatum, Frisingen. & dicte Ratisponen. diocesis ad ipsam Ecclesiam Ratisponen. legitime pertinentia Castra cum dominiis ac iuribus & pertinentiis suis, eidem Ecclesie perpetuo remanere, & nequaquam per Episcopum, Prepositum, Decanum, & Capitulum prefatos vel eorum successores impignorari, vēdi, obligari, aut alias qualitercunq; ab ipsa Ecclesia alienari debeant, quod ipsi dicto Duci, suisq; heredibus & successoribus etiam promittere teneantur, neq; per eosdem facta restitutione predicta, cum Castris ipsis contra dictum Ducem ac dilectum Ecclesie filium Nobilem virum Ernestum eius fratrem, eorumq; filios legitimos, de suis lumbis descendentes, per se vel alium seu alios, aliquid contrarationem vel iustitiam, temere valeat attemptari. Quodque quicumque Episcopus, ac etiam Prepositus, Decanus & Canonicus Ratisponen. presentes & futuri recepti & in antea recipiendi, præmissa omnia & singula, sub priuatione dignitatum & aliorum cuiuscunq; qualitatis fuerint beneficiorum suorum omnium, nec non habilitatis ad illa, & similia in posterum obrinenda, penis quas si secus egerint, ipso facto incurrant, firmiter & inuiolabiliter in perpetuum obseruare, Nec non super hoc iuramentum prestare, ac Prepositus & Decanus moderni, nec non Capitulum Ecclesie Ratisponen. nouum inde statutum in eadem Ecclesia perpetuo obseruandū & ceteris illius successoribus iniungendum facere teneantur, prout in certis authenticis desuper confectis literis dicitur plenius contineri. Quare pro parte prefatorū Conradi Episcopi, Prepositi, Decani, fuit nobis humiliter supplicatum, quatenus restitutioni & assignationi per ipsum Ducem., vt premititur factis, ac alijs premissis, pro eorum subsistentia. firmiori robur Synodalis confirmationis adiacere, & alias super hiis, oportune providere, auctoritate predicta dignaremur. Nos igitur, qui inter cunctos Christi fideles pacem vigere, intensis desideriis affectamus, & Ecclesiarum vtilitati, ac animarum salutem libenter intendimus, de premissis plenius informati, huiusmodi supplicationi inclinati, restitutionem & assignationem eisdem nec non omnia & singula premissa, ac inde secuta quecunque rata & grata habentes, ac quoscunq; defectus, si qui interuenerunt in eisdem, dicta auctoritate suppletes, ea omnia & singula eadem auctoritate confirmamus & approbamus, ac presentis scripti patrocinio communitus. Decernentes & dicta auctoritate statuentes, quoscunq; Episcopos, Prepositos, Decanos & Canonicos Ratisponen. pro tēpore existētes, qui pacto predicto directe vel indirecte, quouis questu colore, in aliquo contrauenirent, quod eis sub predictis, qui autē contra ea Apostolicas seu quasuis alias literas impetrarent, aut etiā impetratis vti pertinaciter presumpserint, quod eisdem sub periurij penis non liceat, easdē fore penas ipso facto incursum. Non obstantibus tam Apostolicis, quā in puincialibus aut Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, ac dicte Ratisponen. Ecclesie, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacunq; firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, ceterisq; contrariis quibuscunq;. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā cōfirmationis & approbationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorū Apostolorū Petri & Pauli eius

eius, se nouerit incursum, Datum Basilee VI. Non. Maij, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo tertio.

Cum inter hunc Episcopum & Bauaria Ducem Albertum IV. aliqualis dissensio de iure Patronatus Ecclesie in Lintkirchen suborta fuisset: Episcopus de iure Ducibus Boior. competente ab antiquo circa istam Parochiam certior factus Capituli sui assensu cessit, sicut sequentes literae ostendunt. pp.

Nos Henricus Dei & Apostolice sedis gratia. Episcopus Ratisponensis, Notum facimus vniuersis & singulis, ad quos presentes venerint literae & recognoscimus. Quod orta dudum aliquali discensione inter illustrem principem & Dominum, Dominum Albertum Comitem Palatinum Rheni, superioris & inferioris Bauariae Ducem ex vna, & nos ex altera partibus, de & super iure patronatus conferendi seu presentandi parochialis Ecclesie in Lintkirchen nostre dioecesis. Eo quod arbitrabamur collationem dicte Ecclesie ad nos & successores nostros Episcopos Ratisbonens. pleno iure pertinere, dicto Illustre Principe contrarium firmiter affirmante, videlicet quod ius patronatus & presentandi personam idoneam ad Ecclesiam prefatam quotiescunque vacauerit ad Principes Bauariae Duces Monacenses pertineat. Quodque genitor & predecessores sui bone memorie in possessione vel quasi predictorum iurium hactenus fuerint. Nos quia aliquamdiu in ea re dubitauimus, tandem habito sano, & maturo consilio attendentes possessioni vel quasi supra memorate, de assensu Venerabilis Capituli nostri eidem Illustri Principi duximus condescendendum. Volens, & quantum in nobis est expresse consentientes. Vt Illustres Principes & Domini Duces Monacenses possint & valeant prefato iure possessionis vel quasi in posterum uti & frui. Et cum Ecclesia predicta vacauerit, liberè ad eandem presentare, & alias de predictis patronatus & presentandi iure disponere prout voluerint, sine & absque nostro aut successorum nostrorum contradictione & impedimento quocunque, salvo semper nobis & successoribus nostris iure in dicta Ecclesia instituendi siue inuestuendi secundum Canonicas statutiones. In cuius rei testimonium has literas nostri sigilli munimiac iussimus roborari. Datum Ratisbone in Curia nostra spiritali die Sabati sexta Mensis Februarij, Anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono.

Impetrauit hic Episcopus Ioannes à Leone PP. X. confirmationem prohibitionis usurarum à suis subditis, ut populus & Clerus suus à Iudaeis usurarijs tutiores essent cuius Bullatenor hic est. pp.

Leo Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Debitum pastoralis officij, cui disponente Domino praesidemus, ex postulat, ut supra gregem Dominicum attente vigilemus, & oves gregis eiusdem in semitis veritatis & iustitiae dirigere, & ab errorum praecipitiis erigere curemus, ac ijs quae praeter ea prouide statuta dicuntur, ut illibata persistant, cum à nobis petitur Apostolici muneris praesidium propensius impartiamur. Sanè pro parte dilecti filij Iohannis electi Ratisponens. exhibita nobis nuper petitio continebat, quod aliàs cum usuraria prauitas in ciuitate & Dioecesi Ratisponensi, in quibus Iudaei in copia degunt, ita inualuisset, ut ipsi Iudaei se publice fore super recipiendis usuris conductos, & priuilegiatos, etiam per nonnullos Rom. Pontifices, mendaciter iactarent, & illo colore freti indies Christianorum facultates adeò exhaurirent, ut eisdem vix vitam miseram relinquerent, ac in fraude usurarum, quo minus Christiani praedicti super usuris in iudicio expediri valerent, copias probationum eisdem dolosi auferrent, usurasque summis capitalibus, tanquam usura minimè esset, connumerarent, nec non Christianos ipsos ad obligandum se pro

se pro illis tanquam capitali inducerent. Et quod deterius est, nonnunquam etiam eos iuramento adstringerent adeò publicè & notoriè, quod nec ipsi Iudæi extraiudicialiter requisiti quouis modo diffiterentur; præfatus Ioannes, qui Ecclesiæ Ratisponen. Administrator in spiritualibus & temporalibus, ad certum tempus nondum elapsum deputatus, & deinde illi in Episcopum præfectus per sedem Apostolicam extitit, attendens quod Canonica auctoritas Iudæos ad remittendum vsuras Christianis compelli præcipiat, & tam veteris quam noui testamenti scriptura vsurariam prauitatem detestetur, & aliis rationabilibus causis generale statutum per Diocesim & forsitan etiam per ciuitatem prædictas perpetuis futuris temporibus pro lege Diocesana obseruandum de consilio & consensu dilectorum filiorum Capituli Ecclesiæ Ratispon, inter cætera cõdidit & statuto suo Diocesano vniuersis & singulis iudicibus, & officialibus tam Ecclesiasticis quam secularibus suæ iurisdictioni subiectis per Diocesim Ratisponen. vbilibet constitutis sub excommunicationis latæ sententiæ poena districtè præcipiendo inhibuit, videlicet ne aliquis querimoniam seu petitionem in iudicio super quacunque vsura à quouis Iudæo admitteret, vel reciperet, nec sententiam aliquam super obligata querimonia afferret, postquam constaret eundem Iudæum vsurarium esse. Iudex illius iudicij debeat terminum legitimum Christiano reo statuere, in quo reus iuramento affirmare debeat, quantum ab initio perceperit, & Iudæo de vera capitali summa absque fænore & vsura debuerit, in quo Iudex iuxta consuetudinem & obseruationem illius iudicij contra reum executionem facere & ad satisfaciendum eum compellere debeat. Et si vsuræ Iudæis solutæ fuerint, omnimodo iuxta juris communis dispositionem repetendi easdem contra vsurarium, non obstantibus quibuscunque instrumentis ministret. Si vero quispiam repertus fuerit, qui hoc præsens mandatum transgressus sit, & ob id in excommunicationis pœnam, vt præfertur, incideret, illius absolutionem sibi duntaxat reseruauerit, ita vt non nisi ab eo aut de speciali mandato suo absolui possit. Quare pro parte dilecti filij Ioannis electi nobis fuit humiliter supplicatum, vt statuto & prohibitioni huiusmodi pro illorum subsistentia firmiori Apostolicam confirmationem adijcere, ac aliàs in præmissis opportunis providere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur quorum est huiusmodi conatibus euidenter in perniciem cedentibus, congruis remedijs obuiare, eundem Ioannem electum, qui etiam Comes Palatinus & Dux Bauariæ extitit, à quibusuis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris & pœnis à jure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, quibus quomodolibet innotatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, statutum & inhibitionem prædicta, ac prout illa concernunt omnia & singula in eis contenta, & inde sequuta quæcunque, quatenus sint licita & honesta, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus, ac illis plenum firmitatis robur adijcimus, ipsaque in violabiliter obseruari debere decernimus, suppletes omnes & singulos defectus, si qui forsitan interuenerint in eisdem, non obstantibus præmissis, & ordinationibus privilegijs & indultis Apostolicis eisdem Iudæis per felic. recordationis Martini quarti & Nicolai quinti Rom. Pontifices, prædecessores nostros, vt dicitur, concessis, firmatis, & innouatis, quibus tenores. illorum, ac si de verbo ad verbum inserti forent præsentibus pro expressis habentes, quo ad præmissa specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, con-

firma.

firmationis, adiectionis, decreti, suppletionis, & denegationis infringere, vel aultu temerario contraire. Si autem hoc attemperare præsumpserit, indignationem Dei omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Domini cæ MDXVII. Septimo Idus Iunii. Pontificatus nostri anno quinto.

*Non desuit Episcopus Iohannes suis partibus, Ratisponensibus ciuibus, Clerum gra-
uiter prementibus resistendo, & omnia remedia adhibendo, vt illos ab iniusto illorum ausu
auerteret; quodcum ex alijs, tum ex subsequentibus manifestum est.*

**Johannes von Gottes Gnaden / Administrator zu
Regenspurg / Pfalzgraue bey Rein vnd Herzog in
Beyren. &c.**

Inser Pfleger zu Hohenburg am In vnd Lieber Getreuer Jörg von Breiten-
stain zum Hammersberg / sollte auff vbergebene Credenz vnd nach erbietung vn-
sers günstlichen Brues vnd alles guets zuuor / bey den verordneten des Auf-
schuß gemainer Landtschafft des Fürstentums zu Bayern / jeso zu München versam-
let / fürbringen vnd erzelen / wie Camerer Rath vnd Gemain zu Regenspurg / zu den
zeiten nechstuersehiner Beurischen auffrur die Gemein Geistlichkeit in der Statt Re-
genspurg gesehen / aigner gewaltsam vnrechtmessiglichen / vnd mit der tadt / aller ih-
rer habenden vnd ruelich wolhergebrachten / von gemeinen Geistlichen vnd Weltli-
chen Rechten / darzu von Päpsten / Kaisern vnd Königen erlangten Priuilegien ent-
set / auch zwischen ihnen den Geistlichen Stenden / vnd ihnen von Regenspurg vor-
mals / vnd jeso neulicher zeit / durch die hochgebornen Fürsten Herrn Wilhelm vnd
Herrn Ludwig gebrüeder / Pfalzgrauen bey Rein / Herzogen in Obern vnd Nidern
Bayren / &c. vnser freundtlich lieb Bettern c. sonderlich auffgericht Verträge vnd Tza-
dungen / denselben obberürten Freyheiten vnd Verträge zu wider / vnser Geistlichkeit
mit Steuer / Wacht / Dingelt / vnd andern Burgerlichen beschwerden / gleich den
Laien / vnd mehr beschwerlicher dann ander Inwohner belestiget / vnd darzu inn einen
vngewontlichen vnerhörten Aide / welcher auch einer erbarn billigkeit zuwider / betrange.
vnd durch solches alles mehr gedachte vnser geistlichkeit / von vnser gehorsam zum meh-
rern thail abgewant / vnd hierin vns / wie gemelt / der Bischofflichen Iurisdiction on
recht vnd vrsach entsetzt.

Des vns dann / als rechten Ordinaria, nit zu vnbilllichem mißfallen vnd beschwe-
rung traichet / in bedenkung der hohen pflicht / so wir zu Handhabung Geistlicher vnd
vnser Stuffs Priuilegien, Päpsti: H. vnd Röm. Kay. W. gethon / wûr wissen auch
solches bey Gott / vnd ernenter vnser Obrigkeit mit keinem glimpff zuuerantworten.

Heiten also bey vns selbs betrachte / wo diser der von Regenspurg vnbillichen ver-
derblichen betrangnuß / die sie auch mit ainichem gebürlichen sueg nit vertheidigen mö-
gen / in weiter kommende zeit wurde verzogen / das darauß nichts gewiser / dann ver-
derbung der Stuffs in Regenspurg erwachse.

Welchem mit Rath zusürkommen / haben wûr auß schuldiger mitleidung / vnser
Geistlichkeit zu gnaden / vnd gemainer Landtschafft in Bayern / vnd sonderlich den vom
Adel zu allem guten vnd nachbarlichen willen / so wûr zu beeden thailen tragen / nit wol-
len vnterlassen / solche ergangene handlung ihnen zueröffnen / Sie derwegen gnediglich
vmb Rath / beystand vnd hilff ermanende / des versehenß (in betrachtung gelegenheit
vnd aller vmbstende des Handls) sie werden fre geborne Freunde vnd Nachbarn mit
nicht verlassen / sonder mit hochem fleiß dahin gedencken / was jetziger zeit vnd künfftig
ihnen

Ihnen allen gemeinglichen / vnd jedem insonderheit / dero Erben vnd Nachkommen daran
 lig / dannenher vnd vil hundert Jar verweilet / ein merckliche anzal vom Adel vnd son-
 stien der mehrer thail auß dem Landt zu Bayrn herkommen / bey den Stiffen zu Re-
 genspurg ehrlich vnd notturstiglich erhalten / vnd hinfüro dermassen auffgenommen
 vnd erhalten sollen werden / vnd also solches auß erzelten wichtigen vrsachen billich ihnen
 fürgetragen würdet / als jenen / dero Vorfarn vnd eltern zu denen Stiffen ganz hilfflich
 gewesen / derowegen ihnen auch aller rechtmessigen gebür nach zimen will / vnd für sich
 selbst mehr dann vnser ansinnen vermag fleissiglich drauff zuarbeiten / das vor allen
 dingen mehr gemelte Geistlichkeit in alten Stand ergehe / vnd zu gueter leidlichen vnter-
 handlung vnd beteidigung gebracht / zweifels an / wo sie als der Aufschuß gemainer
 Landschafft solch beschwerlich vnd hoch nachtheilig der von Regenspurg vorhandlung
 an ihr Landsfürsten / vnser Freundliche liebe Vettern bringen / wie dann solches zube-
 schehen vnser gnedig ansinnen vnd bit stehen / es erfolge darauff dz jr liebe auff vnser vnd
 ihre bitt dahin handeln damit ermannte vnser Geistlichkeit auß diesem vnerleidlichen
 last gebracht werde / dz wollen wir / sambe das sie jr eigen sach darinn handeln / vmb
 gedacht vnser Vettern freundlich verdienen / vnd vmb sie gnediglich beschulden.

Des zu guetem Glauben haben wir vnser Secret hiefür getruet / Montags nach
 dem Sontag Trinitatis / in fünffzehnhundert acht vnd zwainzigsten Jar.

¶ Quacunque tandem ex causa Episcopo Pangratio morbus obuenerit; ne-
 quaquam tamen primis saltem annis sui Praesulatus officio suo defuit; sed con-
 traire irrepenti paulatim haeresi in vrbe Ratisponâ, ac circa alia Episcopatus sui
 commodis vigilanter prospicere ope auxilio Caesaris A. Caroli V. implorato,
 operam nauauit. Testes in medium produco literas Caroli V. ad Serenif-
 simos Baioariae Duces Guilielmum & Ludouicum anno MDXLI. datas.

Wir Karl von Gottes genaden Römischer Kayser / zu allen zeiten mehrer des
 Reichs / in Germanien / zu Hispanien / beeder Sicilien / Jerusalem / Hun-
 garn / Dalmatien / Croaticen König / Erzhersog zu Osterreich / Hersog zu
 Burgundi / zu Brabant / zc. Graue zu Habsburg / zu Flandern vnd Tyrol / Embles-
 ten den hochgebornen Wilhelm vnd Ludwigen / gebrüder / Pfalzgrauen bey
 Rhein / Hersogen in Bayrn / vnsern lieben Vettern vnd Fürsten / vnser gnad vnd
 alles guts / hochgeborn liebe Vettern vnd Fürsten / als sich etlich nachbarsich ge-
 brechen Speen vnd irrung zwischen dem Ehrwürdigen Panragen Bischouen zu
 Regenspurg / vnserm Fürsten vnd lieben Andechtigen / aines / vnd den Erfamen /
 vnsern vnd des Reichs lieben getrewen N. Cammerer vnd Rath allhie zu Regen-
 spurg anders thails erhalten / deren zum thail vnser Kayserlich hochheit / aigentumb
 vnd Regalia rüren / vnd wir nun gern sehen / das sollich Speen vnd irrung aufftreg-
 lich Weg vnd Mittel hingeleget wurden / So haben wir eur Liebden sambe vnd bes-
 sonder / als vnser Kaiserlich Commillarien darzu verordnet / Euch hiemit ernstlich
 beuelhend / vnd wollen / das jr die obgenanten Parteyen fürderlich auff ein benanten
 Tag für euch erfordert / vnd also in der gute notturstiglichen verhoret / vnd darauff
 alles fleiß handelt vnd arbeitet / die Partheyen also in güete beräre ihrer Speen vnd
 irrung halben genglich vnd endtlich zuuertragen. Vnd so ferz also die gültigkeit
 nit statt erlangen möcht / darauff was recht ist erkennet vnd entschaidet / vnd sonst al-
 tes anders tuet / gebietet / verbietet / vnd handelt / das hierinn die notturst erfodern
 vnd sich nach rechtlicher ordnung gebüren will. Daranthen Eur Lieb den vnsern
 willen vnd ernstliche mainung / Geben vnter vnserm auffgetruckten Insign / in vn-
 ser vnd des Reichs Statt Regenspurg / am 16. Tag des Monats Julij / Anno im
 ein

ein und vierzigsten / vnseres Kaisersthumbs im ein und zwainzigsten und vnserer Reichs
the im xxiij

Carolus.

Ad Mandatum Cæs. & Catholicæ M.^{te}
proprium.

Ioh. Obernburger.

PHILIPPVS Vtr. Baioaria Dux, Com. Palat. Rheni, ex causis à Dn. Hündio relatis in Episcopum Ratisponen. postulatus; cum in minoribus adhuc constitutus esset, Serenissimus Dux Guilielmus impenso labore, studio & industria satagit, ut Episcopatus res, donec filius adolesceret, & ipse per se gubernationem adire posset, optime gererentur. Multa eius rei testimonia adducere possem: sed unum hoc loco sit satis; Concordata nimirum An. MDLXXXVII. auctore Sum. Pont. Clementis VIII. in aula Cæsaris Nuncio, Illustrissimo & Reuerendissimo Dn. Philippo Episcopo Placentino erecta que quia Serenissimi Ducis studium ac feruorem pientissimum, rei que statum optime declarant, hic loci minime prætereunda suere.

Concordata Ratisbonæ die vndecimo Iunij 1587. facta inter Commissarios Serenissimi Domini Dn. Guilhelmi Comitis palatini Rheni, ac Vriusq; Bauariæ Ducis, ad comprobationem suæ Serenitatis, ac Capitulum Ratisbonense, interueniente admodum Illustri & Reuerendissimo Dn. Philippo Episcopo Placentino, ex Aula Cæsarea Nuncio Apostolico recedente, studio nunc eiusdem Reuerendissimi Dn. & consensu Serenissimi Ducis ac Capituli Procuratorum nonnullis mutatis, in hanc sequentem meliorem formam rediguntur, atque hac die vigesima secunda eiusdem mensis Iunij, manu ac omnium sigillis ad laudem omnipotentis Dei muniuntur, & comprobantur.

Breue Administrationis bonorum mensæ Episcopalis à Summo Pont. Sixto V. sub datum Romæ die octaua Maij, 1585. Serenissimo Duci concessum, non discutiatur, & in robore suo maneat, cum nudam bonorum administrationem, ne dilapidentur bona, respiciat; & nedum primo capiti concordatorum satis conueniat, verum & ipsi æquitati. nemo enim fide, solertia & amore in pertinentibus ad filium præferri patri prætereunda potest. Patri inquam Episcopi, protectori Ecclesiæ ab eiusdem antiquis fundatoribus descendenti, nullum prorsus nisi filij, Ecclesiæ, religionis Catholicæ, conscientiæ, & proprij honoris interesse prætendenti.

Verum cum Serenissimus Dux Pater Administratorem per seipsum agere nequeat, substituat sibi bene visum, & Capitulo iure non inuisum Oeconomum idoneum, qui antequam Administrationem suscipiat, in præsentia Capitularium, aut certe in Senatu iuramentum solemniter præstet in manibus suæ Serenitatis, vel alterius sui Procuratoris, quod Serenitati suæ erit obediens, Ecclesiæ verò & Episcopo fidelis, solitique consiliarij sæculares eidem adiungantur, in quibus sua Serenitas dignabitur eandem habere rationem;

¶ a

tionem;

tionem, ne Capitulo sint inuisi, & vt stipendio eius præscito constituto sint contenti: ac insuper ad tutiorem bonorum Mensæ Episcopalis tutelam, consueta quatuor dignitates, seu Canonici Capitulares pro more iurati, quorum interuentu & assistentia contractetur ab eodem, & singulis annis Serenissimo Duci in præsentia Capituli dati & accepti ac totius administrationis ratio reddatur. quod reliquum est, in ærarium Episcopale reponatur, & opportuno tempore in viilitatem Episcopalis mensæ consilio Serenissimi Ducis & Capituli consensu exponatur, nec extraordinarij vlli graues sumptus prius fiant, quam Canonici quatuor Consiliarij pro eorum arbitratu de illis ad Capitulum retulerint. Quod si controuersia quandoque oriatur inter Serenitatem suam tanquam Ducem Bauariæ & Episcopatum, eo casu Oeconomus Serenitati suæ ratione illius Administrationis nullo iuramento obstrictus sit, sed soli Ecclesiæ, adeoque cum Capitulo liberrimè agat, & deliberet quid expediat. Eueniente verò vt in Concordatis habetur, casu mortis Episcopi Philippi (quod Deus diu auertat) aut quod Episcopus quoquo modo esse desineret, sit pariter ipse Oeconomus iuramento obedientiæ S. Serenitati promissæ solutus, aliumque Dominum non agnoscat, quam Capitulum.

Summus Pontifex à Serenissimo Duce rogabitur, ut in iurisdictionibus Ecclesiasticis & spiritualibus, ac in causarum spiritualium, temporalium, seu mixtarum, ad forum Episcopale quoquo modo pertinentium cognitione, ac ad personarum coëctionem cum plena ordinaria & Apostolica autoritate pro suæ Sanctitatis benignitate dignetur ad libitum decernere Vicarium Generalem Germanum, virum doctum, prudentem, expertum, Deum timentem & ad nutum suæ sanctitatis amouibilem, cui pro more assistat Consistorium, in quo si in negocijs consistorialibus aliquo casu iuris vel facti ipse supplere non possit, aliquem ex Capitulo vel Senatu Consistoriali substituere eiusdem Senatus consilio valeat, & eius vices generales, si aliquo modo deficere contingerit, & Ecclesia huiusmodi superioritate Ecclesiastica repente nudaretur, donec ab ipso Pontifice oportune prospiciatur, is gerat, qui pro tempore fuerit Decanus, si modo doctrina & experientia polleat, sin minus, suffraganeus.

Et si aliquæ inter Serenissimum Ducem eiusque Cameram Ducalem & Mensam Episcopalem iurisdictionis, juris patronatus, collationis beneficiorum, finium, iuris pascendi, & huiusmodi controuersiæ exoriantur, hæ ipsorum iudicium, quibus vel iurisdicção ordinaria loci competit, vel qui hæctenus huiusmodi lites dirimere soliti fuerunt, determinationi subiiciantur.

Visitatio Ecclesiæ & Diœcesis Ratisbonen. fiat per Vicarium Apostolica ordinaria iurisdictione, & seruatis ijs quæ continent Concordata inter Serenissimum Ducem & Ordinarios Bauariæ, saluo Serenissimi D. N. & Sanctæ sedis Apostolicæ Decreto, si aliud circa eandem visitationem autoritate Apostolica decernatur.

Fundatio & erectio Collegij Patrum Societatis IESV in ciuitate Ratisbonæ, pro libitu Serenissimi Ducis instituatur, & ex pecuniis relictis ab Hochvart, ac etiam sex millibus florenis ab Ærario Episcopali, vel ex annuis Mensæ Episcopalis redditibus exigendis, si ita Summo Pontifici placuerit, iuuetur, atque in posterum vnanimi consensu suæ Serenitatis & Capituli, totis viribus consecratur, & augeatur: ita tamen ne Mensæ Episcopali hac occasione onus perpe-

perpetuum imponatur, & nisi cum auctoritate sedis Apostolicæ in prouentibus annuis non grauetur; Verum vt Mensa ipsa in prouentibus etiam in utilitatem Collegij versis aliquo modo reficiatur & compensetur, S. Serenitas occasionem & commoditatem, à summo Pontifice procurabit, atque implorabit.

Gaudebit vero Societas in Collegio illo omnibus immunitatibus & Privilegijs, quibus gaudet totus illius Ciuitatis Clerus, habebiturque pro membro Ratisbonen. Ecclesiæ. Patres autem cum primum potuerint, studeant pro eorum instituto instrui iuuenes qui eidem Ecclesiæ Ratisbonensi addicti sint, & seruiant.

Conseruetur modernus Concionator ad tenorem Breuis Serenissimi Dni. N. Sixti Papæ Quinti sub datum Romæ die nona Ianuarij 1587. & in posterum, ad eiusdem Breuis & Sacrosancti Concilij Tridentini dispositionem Episcopali auctoritate de idoneo, cuiuslibet ordinis prouideatur, & redditus ad munus prædicationis absolute destinati, non attento quod Concionator antea absque alio quam ab Episcopo deputatus fuerit, eidem muneri seruiant.

Vicarij foranei in Visitatione decernantur, si non sint, & à Vicario deputentur. Collatio Diocesis Ratisbonensis iure fiat, ne Serenissimus Dux, Episcopus vel Capitulum, in Collationibus ad vnumquemque ipsorum, pertinentibus, inuicem grauentur, & S. Serenitas in collationibus Episcopi & Capituli nullo modo se immisceat; ac in substituendis, & à S. Serenitate Vicario præsentandis, seruetur solitum, & seruatis seruandis præuio examine ad Concilij Tridentini ordinationem, idoneis beneficia conferantur. Et in casu controuersæ, donec fiat discussio, ne aliquis iure proprio priuetur, simplex prouisio sine præiudicio iurium partium, per Vicarium Apostolicum fiat de ea persona, quam sua Serenitas ex suo iure præsentauerit.

Serenissimus Dux gratiosè reuocet exactionem quantitatis hucusque decursæ trium millium florenorum annuorum iuxta Concordata pro Episcopo exigendorum, vt ad suæ Serenitatis piam intentionem, commode & beneficio Mensa Episcopalis cedant. In posterum autem suæ Serenitati ad tenorem Concordatorum eandem summam trium millium florenorum singulis annis, cum dies solutionis cesserit, exigere liceat: ex eius enim pietate, & in Catholicam religionem Zelo, vt hanc quantitatem in usus pios & ad commodum ipsius Ecclesiæ S. Serenitas sit erogatura, facile sperari potest.

Arresta Capitularibus ob resistantiam Capituli à Serenissimo Duce facta, postquam hæc concordata ab eisdem acceptata & comprobata fuerint, gratiosè remittantur.

In omnibus differentijs quæ horum Concordatorum, vel alia occasione euenire possint inter suam Serenitatem seu eius ministros Episcopales & Capitulum, quæ via ordinaria decidi aut componi non poterunt, ab vtraque parte recursus haberi possit ad Nuncium Apostolicum pro tempore in Aula Cæsarea residentem.

Hæc concordata manu Serenissimi Ducis, & singulorum Capitularium comprobentur & suæ Seren. & Capituli sigillis muniantur, eisque prædictus R. Dominus Episcopus Placentinus manu & Sigillo proprio robur & firmitatem adiungat, & à Notario R. Dom. suæ in omnium præmissorum testimonium scribantur, & unicuique parti exemplum authenticum concedatur.

Philippus Episcopus Placentinus & Co: N. Apostolicus.

Guilielmus Dux.

Sbince Berka Baro de Duba & Leipa Præpositus.

Ego Bartholomæus Vischerus Doctor, subscribo huic transactioni, ut Commissarius peculiariter ad eam deputatus à Capitulo Ratisbonen. & ut eiusdem Decanus,

Ego Iohannes Wilhelmus ab Holdingen, subscribo huic transactioni, ut Commissarius peculiariter ad eam deputatus à Capitulo Ratisbonensi, & ut eiusdem Canonicus.

Christoff à Fronhouen Senior, manu propr.

Philippus à Parsperg. Iohannes Georgius Stinglhaimer m. p.

Sebastianus Kolderer Scholasticus. m. p.

Iohannes Fridericus ab Hagnenberg.

J. Vngenem D. Martin. Dumius.

Ad Serenissimum & Reuerendissimum Episcopum Philippum S. R. E. Cardinalem proclamatum die 2. mens. Febr. An. C. 1597. transeo; Principem summae expectationis; & vere miraculum nature, siue sapientiam spectes rerum tam diuinarum, quam humanarum; siue humanitatem, mansuetudinem, clementiam, quid de vite castimonia in omni vita sua commemorem? quid de reuerentia erga parentes summa? quam excellens eius fuit in Deum pietas? animus quam fortis & excelsus? Tot tantasque virtutes beatus Philippum ex hac vita discessus secutus est. in arce Dachauv, 18. Maij An. C. 1598. sepult. cum maioribus suis Monachij in templo Collegiatae Ecclesia B. Virginis. Quem Serenissimus frater Boiorum Monarcha Maximilianus inter alia pietatis fraternæ munera tali monumento in Cathedrali Ecclesia Ratisbonæ ex orichalco artificiosè conflato decorauit.

PHILIPPO GVIL. V.F. COM. PAL. RHENI, BOIORVM DVCI ECCL. RATISB. ANTIST. ROM. CARD. PRINCIPI INCOMPARABILI, ANTE DIEM MALA TABE CONFECTO ET HEVREBVSHVMAN. EREPTO IN SVMMA FORTVNA, IN ÆVI FLORE, IN INCREMENTO HONORVM; MAGNO PARENTVM, MAGNO EE. SSQVE LVCTV. ILLACRYMANTE FONERIPATRIA, INGEMISCENTIBVS EXTERIS, MOESTIS OMNIBVS, IRATIS ORBI SVPERIS, QVI IN HOC PRINCIPE OSTENDERENT QVANTVM BONVM DARE POSSENT TERRIS, QVANT. DARENT COELIS.

DESIDERATISSIMO FRATRI
MAXIMILIANVS PRINCEPS
RERVM IN BOIA POTENS

F. C.


DECESSIT XII. CAL. IVN. AN. c15. 15. IIC. ET. XXII.

AVIATOR QVID ROGAS, QVIS FVERIM: QVI SIM, MAGIS ROGAHEV. MAGNA VMBRA MAGNI PRINCIPIS. HIC IN TENEBRIS AGO, ET IN PVRPVRA CINERESCO MISER. SCIBAM HOC OLIM PVTRVM, TAM CITO NESCIAM. SVBITVM FATA PROPERAVIT NVMEN MEA, VENI IN HANC VITAM IDEO SOLVM VT EXIREM.

TV



fol. 280.



TV QUID SPERES? AH, VANI SVMVS, ET DVM NON SVMVS, ET DVM SVMVS: VITA AD MORTEM ITER EST. ET QUID HORRESCIS? NECESSE EST MORI, ET EHEV, NECESSE EST MORI FUTVRI INCERTIS, VIATOR ABI ET REDI POST PAVLYLVN, CRAS VOLES, HODIE VENIES,

ET ADHVC HIC ES VIATOR? IAM INSEQVITVR VT TE PREHENDAT PALLIDVS LICTOR, IBIS, HEV, IBIS AD VERENDAM SEDEM. VBI IVDEX TERRET, VBI OMNES TREMVNI, MVLTIACCVSANT, NEMO DEFENDIT ET IBISVLTRA. QVO? EHEV, QVO? AH, MISER, QUID QVÆRIS? SPERARE POTES, TIMERE POTES, PROVI VIVERE POTES, SCIRE NON POTES. ET HORAM ET SENTENTIAM NVMEN OCCVLIT, VI TV VIDEAS. ABI ET VIDE, ANTE QVAM SVPREMVM OCVLICALIGENT, ET COECVS EHEV, ÆTERNVM ERRES, QVOD ERRARIS.

SIGISMVNDVS FRIDERICVS Fugger Baro in Kirchberg & Weiffenhorn, Canonicus Salisburgen. Ratisbon. & Patauien. ibidemq; Decanus, eligitur Episcopus R. in festo Visitationis B. Virginis Mariæ, 2. die Iulij, An. C. 1598. Ob. optimè functus Episcopali munere suo, die 5. Nouembr. inter horam secundam & tertiam vespertinam, An. 1600.

WOLFGANGVS II. Præpositus & Dominus in Elvvang, ex nobili familia ab Haufen oriundus, electus in Episcopum Ratisbon. in præmortui Episcopi locum, obiit die 3. mens. Septembr. circa horam 8. vesperi An. 1613. singulari fult hic Antistes pietate, humanitate, ac benevolentia erga omnes, *ab omnibus amore & venerationem promeritus.*

ALBERTVS huius nominis IV. Baro à Törving, Stain & Pertenstain, Canonicus Salisburgen. & Ratisbonen elig. die 22. mens. Octobr. An. 1613. Huius inter optimos Antistites recensendi Principis virtus varios aduersa fortuna casus experta, hæcenus cum Deo semper superior euasit, superauit: & ut ad annos plurimos viuat beneq; ac feliciter præsit pia piorum comprecantium vot a celeste numen haud sinet esse irrita.

Catalogus Præpositorum, eorum scilicet, quos ex monumentis Ecclesiæ Ratisbonensis, alijsq; eruere hæcenus licuit.

Dn. GODEFRIDVS ab Ast. an. 1221.

Dn. WERNTO, an. 1226.

Dn. GODEFRIDVS à Pilsting, ex Comitibus de Frantenhausen an. 1228.

Dn. EBERHARDVS de Abensberg an. 1229.

Dn. Berctoldus ab Oberndorff. an. 1259.

Dn. HENRICVS de Lerchenfeld, an. 1260.

Dn. ALTMANNVS Comes à Rodeck, an. 1267.

Dn. VLRICVS à Dornspurg, al. Comes à Leonspurg. an. 1283.

Dn. CONRADVS ab Ernfels. an. 1295.

Dn. CONRADVS à Luppurg, an. 1296 factus postea Episcopus.

Dn. HEINRICVS ab Arv, inde Auburg an. 1298.

Dn. HABART à Sinching, an. 1304.

Dn. CONRADVS de Haimberg, an. 1309.

Dn. WERNTO Schenck an. 1325.

Dn. HILBOLDVS de Haimberg an. 1348.

Dn. DIETERICVS ab Arv, an. 1350.

Dn. HEINRICVS ab Arv, an. 1362.

Dn. VLRICVS de Hohenfels, an. 1397.

Dn. STEPHANVS à Satelbergen, an. 1423, electus Episcopus.

As 3

Dn.

- Dn. JACOBVS Seeburger, an. 1427.
 Dn. FRIDERICVS de Parsperg an. 1436. fit Episcopus an. 1437.
 Dn. CONRADVS Khonhouer an. 1445. ob. an. 1452.
 Dn. RUPERTVS Com. Pal. Rheni Dux Bauar. an. 1452.
 Dn. HENRICVS de Abensperg. an. 1462. fit Episcopus an. 1468.
 Dn. MICHAEL Riederer de Parr. an. 1468. ob. an. 1472.
 Dn. JOANNES Com. Pal. Rheni Bauar. fit Canonicus an. 1460. post an. 12. Præpositus per annos 35. administrauit Episcopatum annis 30. mira res, & rara, quæ vix alicui alteri contigisse legitur, tot annis, septuaginta nimirum septem, vno super vixisse loco.
 Dn. FRANCISCVS Schlickh, an. 1486. ob. an. 97.
 Dn. HENRICVS Schönleben Doct. an. 1498. ob. an. 1501.
 Dn. MARCVS Fuggarus absq. Canonicatu Præpositus factus an. 1506. ob. an. 10.
 Dn. CHRISTOPHORVS Welfer Doct. an. 1511. obtinuit tandem Canonicatum an. 1514. ob. an. 1536.
 Dn. ANTONIVS Welfer Doct. an. 1548. ob. an. 1557. Præpositus & Canon.
 Dn. HIERONYMVS Welfer Doct. & Can. an. 1563. ob. an. 1564.
 Dn. JOANNES Fetz, an. 1564.
 Dn. VICTOR AVGVSTVS Fugger Baro à Kirchperg fit Canonicus an. 1561. Præpositus an. 1568. resign. an. 1582.
 Dn. SBINGO Bercka Baro à Duba & Lippa, an. 82. Archiepiscopus Pragen. creatur an. 1593.
 Dn. JACOBVS Müller Doct. an. 1593. ob. an. 1597.
 Dn. SIGISMUNDVS FRIDERICVS Fuggarus Baro an. 97. fit Episcopus an. 98.
 Dn. ADAMVS Orth, Westphalus, Doct. an. 1598. ob. an. 1599.
 Dn. VIRINVS Leoninus Leodiensis, Doct. an. 1599. ingressus Societatem IESV resignauit an. 1617.
 Dn. FRANCISCVS GVILIELMVS Comes de Wartenberg, Dn. in Wald. an. 1619.

CATALOGVS Decanorum Cathedralium Ratispon.

- D**N. ADALWERT. an. 1145.
 Dn. BABO an. 1185.
 Dn. CONRADVS Puto, al. Comes à Kirchperg an. 1221.
 Dn. LEO Tundorfer nobil. Patricius Ratisbonen. Magr. an. 1240. fit Episcopus an. 1260.
 Dn. ALHARD. ob. Hutt, in 1265.
 Dn. VLRICVS Puto de Huchelstatt, al. Eglosshaimer, an. 1276.
 Dn. HENRICVS Seeman in Seemanshausen, an. 1279.
 Dn. CONRADVS à Luppurg, an. 1281.
 Dn. HABART à Sinching, an. 1304.
 Dn. VLRICVS à Schvvarzenberg ob. an. 1317.
 Dn. VLRICVS de Avvin Preenberg, ob. an. 1326.
 Dn. CONRADVS Com. à Schvvarzenberg, an. 1330. vixit adhuc an. 1350.
 Dn. CONRADVS de Haimberg an. 1353. fit Episcopus an. 1368.
 Dn. IOHANNES à Peyn, an. 1385.
 Dn. ARNOLDVS à Weydenberg, an. 1389.
 Dn. BERCHTOLDVS Fraunberger, an. 1398.
 Dn. FRIDERICVS à Parsperg Canonicus, an. 1430. Præpos. an. 36. Episcopus. 37.
 Dn. DEGENHARDVS Sälchinger an. 1436. resign. & ob. an. 1453.

- Dn. CONRADVS Reichershouer, an. 1441. ob. an. 43.
 Dn. CHRISTANNVS Stinghamer in Thürntenning, an. 1443. ob. 50.
 Dn. NICOLAVS à Königsberg, an. 1450. ob. an. 73.
 Dn. JOHANNES Neuhaufer, Licent. an. 1473. resign. an. 1513. vir consultiss. primùm
 Cancellar. Duc. Bauar. Landshut. postmodum Præpositus Vet. Oeting. & Monn-
 cen. an. 1513.
 Dn. GEORGIVS Sinzenhouer, an. 1513. ob. an. 17.
 Dn. CASPARVS Gumpenberger an. 1519. ob. an. 1532.
 Dn. PANGRATIVS, à Sinzenhouen, an. 1532. fit Episcopus, an. 1538.
 Dn. PAVLVS Stadler, ob. an. 1544.
 Dn. GEORGIVS Kolb de Hailberg Doct. ob. an. 1545.
 Dn. HAVBOLT à Braitenbach, ob. an. 1546.
 Dn. JOANNES Christophorus à Parsberg, an. 1557.
 Dn. WOLFGANGVS à Clofen, fit Episcopus Passauien. an. 1559.
 Dn. DAVID Khölderer in Puchsthal. an. 1561. fit Episcopus an. 69.
 Dn. JOANNES Pirrer Doct. ob. an. 81.
 Dn. THOMAS Grosthomannus Eckius Doct. ob. an. 1583.
 Dn. FRIDERICVS Speter à Kreidenstein Doct. ob. 1584.
 Dn. JOHANNES Tattenpeck in Hauspach, recusauit an. 1584.
 Dn. CHRISTOPHORVS à Fronhouen, recus. eod. an.
 Dn. BARTHOLOMÆVS Vischer S. Theol. Doct. El. an. 1584. ob. an. 94.
 Dn. JOANNES Wilhelmus ab Holdingen an. 94. resign. an. 95.
 Dn. ADAMVS Orth, Theol. Doct. an. 95. resign. an. 96.
 Dn. QVIRINVS Leoninus Doct. Th. fit Præpositus an. 1599.
 Dn. WILHELMVS Weihlaimer S. Theol. D. an. 99. cui adhuc superstiti vitam &
 felicitatem ex animo precor.

